Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# Seraphici profundissimiq[ue] doctoris ordinis fratru[m] mino[rum] diui Bonaue[n]ture cardinalis [et] sancto[rum] cathalogo ascripti op[us] no[n] minus subtilissimu[m] q[uam] speculatiuu[m] sup[er] ...

Johannes Bonaventura <Kardinal, Heiliger>

[Nuremberga], 1515

[Super primo libro sententiarum]

urn:nbn:de:bsz:31-332932

Visual Library

¶ Celebratiſſimi patris domini Bonauenture ordinis mino/rum artis diuine ſummi diſcuſſoris. ⁊ apoſtolice ſedis epiſcopi Cardinalis prologus in primum librum ſententiarum.

PRofunda fluuiorum ſcrutatus eſt ⁊ abſcōdita ꝓduxit in lucem. Uerbum iſtud ſumptuꝫ ex Job .xxviij. diligentius cōſiderantū aperit nobis viam ad precognoſcendum quadruplex genus cauſe ī libro ſententiarum .ſcilꝫ materialis. formalis. efficiētis. ⁊ finalis. Cauſa nāq; materialis innuitur in nomine fluuiorum. Cauſa formalis in ꝑſcrutatione profundorū. Cauſa finalis in reuelatione abſconditorꝫ. Cauſa vero efficiens intelligitur in ſuppoſito duorꝫ verborū. ſcilꝫ ſcrutatus eſt ⁊ ꝓduxit ī lucem. Innuitur enīꝫ cauſa materialis noīe fluuiorum pluralr̄ non ſingulariter. vt non ſolum tangatur libri totius materia vel ſubiectuꝫ in gn̄ali ſed etiam particulariū librorꝫ in ſpeciali. Propter qđ notandū ꝙ iuxta quadruplicē proprietatem fluuij materialis. quadruplex eſt fluuius ſpiritualis. de quo ſm̄ quadru

1 plicem differentiam ſunt quattuor lib. ſentētiarum. Conſidero nāq; fluuiū materialem quo ad durationem et inuenio perennitatem. Nam ſicut dicit Iſidorus. Fluuius eſt perennis fluxus. Conſidero quātum ad extenſionem. et inuenio ſpacioſitatē. In hoc enim diſtinguitur fluuius a riuulo. Conſidero ꝙtuꝫ ad motum. ⁊ inuenio circulationem. Sicut enī dr̄. Eccl'es. j. Ad locum vnde exeunt flumia reuertuntur ⁊c. Cōſidero effectum. ⁊ inuenio

2 emundationē. Nam fluuius ꝓpter aquarꝫ abundantiā mundat terras per quas currit. ita ꝙ non inquinantur. Et qm̄ oēs trāſferentes ſm̄ aliquā ſimilitudinem transferunt. ex hac quadruplici cōditione. methaphora quadruplex in ſpiritualibus fluuius inuenitur. ſicut colligere poſſumus ex ſcripturis. ¶ Primo propter perennitatem dicit̄ fluuius perſonarum emanatio. qm̄ illa emanatio ſola eſt ſine ꝑncipio. ſine fine. De hoc fluuio Dan̄. vij Antiquus dierum ſedit et fluuius igneus rapidusq; egrediebatur a facie eius. Antiquus iſte dierꝫ. eſt pater eternus. cuius antiquitas eſt eternitas. Iſte antiquus ſedit .qꝛ non ſolum eſt in eo eternitas. ſed etiā īmutabilitas. A facie illiꝰ antiqui egrediebatur fluuius igneus rapidusq;. id ē de ſublimitate diuinitatis eius procedebat plenitudo amoris. ⁊ plenitudo virtutis. Plenitudo v̄tutis in filium. ideo fluuius erat rapidꝰ. Plenitudo amoris ī ſpiritū ſanctū. iō fluuius erat igneus. ¶ Scđo ꝓpt̄ ſpacioſitatem dr̄ fluuius rerū mūdanarū ꝓductio. ob quā cauſam nō tm̄ fluuius ſed mare a ꝓpheta dicitur. ī pš. Iſte mūdus hoc mare magnū ⁊ ſpacioſuꝫ ⁊c. De hoc fluuio Ezech. xxix. Ecce ego ad te pharao rex egipti dracho magne ꝗ cubas in medio fluminū. qui dicis meus eſt fluuius ⁊ ego feci memetipm̄. ponā frenum in maxillis tuis ⁊c. Draco iſte magnꝰ quē dn̄s alloq̄tur ⁊ cui cōminatur ī figura ⁊ ꝑſona pharaonis diabolꝰ eſt ꝗ eſt rex egypti que interꝑ̄tatur tenebre qm̄ regnat ī eis quos excecauit tenebris erroris. vtputa ſunt h̄retici. Ad quē etiā dicit Meus ē fluuius. et ego feci memetipꝫ. quaſi ipſe fecerit mundū iſtū. ⁊ ipſe non hēat aliud ꝑncipiū. Hūc errorē ipſe dixit ⁊ ſuggeſſit ipſis manicheis ꝗ totā machinā viſibiliū a deo malo eſſe cōditā aſſerūt ⁊ cōtēdūt. Huiꝰ drachonis maxillas dn̄s ifrenabit. qn̄ ablata ſibi ꝑ̄tāte ſuggerēdi falſa. oſtēdet ſe eſſe huius fluuij ꝯditorē vn̄ in eadē autoritate ſeq̄tur. Sciēt oēs hitatores egypti qm̄ ego dn̄s. ¶ Tertio ꝓpter circulationē dr̄ fluuius filij dei icarnatio. Quoniam ſicut in circulo vltimū cōiungitur principio. ſic ī incarnatione ſupremū ꝯiūgitur īimo. ⁊ primū poſtremo. vt filiꝰ dei eternus hoī ꝯdito die ſexta. De h̄ fluuio Eccli. xxiiij. Ego q̄ſi fluuiꝰ dorix. ⁊ ſicut aqueductꝰ exiui de paradiſo. Dorix interꝑ̄tatur gn̄ationis medicamētū. et eſt ibi figuratiuꝰ ſermo. vt cōuerſim intelligat̄. id ē generatio medicamēti. Incarnatio eī filij dei nihil aliud fuit ꝙ gn̄atio medicamēti. vere enī lāguores noſtros ipſe tulit. ⁊ infirmitates nr̄as ipſe portauit. Recte igit̄ filij īcarnatio fluuiꝰ dorix dicit̄. Et ipſe vere de ſe dicit. Ego q̄ſi fluuius dorix. id eſt medicinalis fluuius. et ſicut aqueductus exiui de paradiſo. Natura aque huiꝰ eſt ꝙtātum aſcēdit. quantum deſcendit. talis fuit exitus incarnationis. ſm̄ qđ dr̄ in pš. A ſummo celo egreſſio eius ⁊ occurſus eius vſq; ad ſūmū eius. Et Johan. xvj. Exiui a patre ⁊ veni in mundū. Iterū relinquo mūdū ⁊ vado ad patrē ⁊ ita fecit circulū. De h̄ etiā fluuio ꝙtū ad egreſſuꝫ eius ex m̄re pōt exponi illud qđ dr̄ Heſter. x. ī ſōnio mardochei paruꝰ riuulꝰ creuit ī fluuiū. ⁊ lucē ſolēq; cōuerſus ē. Quis obſecro ē paruulꝰ riuulꝰ iſte. niſi humiliſſima virgo hec creuit in fluuium cū generauit xp̄m. qui nō ſoluꝫ fluuius ꝑ abūdantiaꝫ gr̄e: ſed etiā lux ſapiētie ⁊ ſol iuſticie dr̄ ſm̄ ꝙ Joh. j. de ipō dr̄. Erat lux vera ⁊c. ¶ Quarto propter emūdationē dr̄ fluuius ſacramētorum diſpēſatio. que ſine ſui pollutiōe mūdat nos a coīq̄nationib; peccatorꝫ. De hoc fluuio Apoc. xxij. Oſtēdit mihi fluuiū aque viue ſplēdidū tāq; criſtallū procedētē de ſede dei ⁊ agni. Sacramētorꝫ diſpenſatio dr̄ fluuiꝰ ſplēdidꝰ tanq; criſtallꝰ propter claritatē ⁊ nitorē quē relinq̄t in aīabus ꝗ ī h̄ flumine depurant̄. Dr̄ etiā fluuius aque viue ꝓpter efficaciā gr̄e que viuificat aīaꝫ. Hic etiā ꝓcedit de ſede dei ⁊ agni. Nā ſacramētalis gr̄a ꝓcedit a deo tāq; ab actore ⁊ efficiēte. a xp̄o tanq; a mediatore ⁊ a ꝓmerēte. ꝓpter qđ dicitur oīa ſacra efficaciā hr̄e a paſſione xp̄i. vt teſtat̄ Aug. De latere xp̄i dormiētis fluxerūt ſacra. dū inde fluxit ſanguis ⁊ aqua. De oibꝰ iſtis fluuijs ſimul ⁊ ꝑ ordinē habet̄ Gen̄. ij. Ubi dicit̄ ꝙ fluuiꝰ egrediebat̄ de loco voluptatis qui inde diuidit̄ in quattuor capita. Nomē primi phyſon. Nomē

3 ſecūdi Gyon. Nomē tertij tigris. Et nomē quarti eufratres. Fluuius iſte egrediens de paradiſo eſt totius libri huius materia. Quattuor fluuij ex iſto procedētes ſunt ſpeciales materie quattuor librorū. ſicut facile poteſt aptare. qui predictorum nominū interpretationes vult diligenter exponere. Phyſon enī interꝑ̄tat̄ oris mutatio. ⁊ in hoc ſignificat̄. perſonarꝫ emanatio. Sicut enī ex ore materiali procedit verbum et ſpiritus. ita ex ore p̄ris filius et ſpūs ſanctꝰ Eccle. xxiiij. Ego ex ore altiſſimi prodij ꝑmogenita ante omnem creaturā. Hoc dicit ipſe filius qui eſt verbū et ſapiētia patris. Et ī pš. Uerbo dn̄i celi firmati ſunt ⁊ ſpū oris eius ⁊c. Gyō interpretatur arena. ⁊ in hoc ſignificatur rerum mundana productio. Sicut enī vniuerſitas creaturarꝫ cōparatur mari propter ſpacioſitatē. ita arene propter innumeroſitatem Eccli. j. Arenā maris ⁊ pluuie guttas. et dies ſeculi ꝗs dinumerauit? Tigris interpretatur ſagitta. ⁊ in hoc ſignificat̄ filij dei incarnatio. Sicut enī in ſagitta ferrū coniūctum eſt ligno: ſic in chriſto fortitudo diuinitatis cōiuncta eſt mollicici humanitatis. Et ſicut ſagitta ex arcu et ligno volat ad percutiendum aduerſarios. ſic chriſtus de cruce ſaliens cōfregit aduerſarium. Hec eſt illa ſagitta de qua dicitur. iiij. Reg. xiij. Sagitta ſalutis dn̄i et ſagitta ſalutis contra ſyriam. Eufrates interpretatur frugifer. in quo ſignificatur ſacramentorꝫ diſpenſatio ꝗ non tm̄ animā purgāt a culpa. ſed etiam fecūdāt in gr̄a. Qđ ſigtū eſt Apoca. vl. vbi dr̄ ꝙ iuxta fluuiū criſtalinū erat lignū afferens fructū cuius folia erāt in medicinā. ¶ Cū igitur quattuor ſint fluuij. quattuor ſunt fluuiorū profunda ꝑ̄dictis fluuijs correſpōdentia. ¶ Profundum eterne emanationis eſt ſublimitas 4

eſſe diuini. de quo poteſt intelligi illud. Eccl'es. vij. Alta profūditas. quis inueniet eā? Uere profunditas alta. et altitudo profunda ita vt exclamet apoſtolus Rom̄. xj. et dicat. O altitudo diuitiarum ſapiētie et ſciētie dei. ꝙ icōprehēſibilia ſunt iudicia eius. Uere iudicia incōprehēſibilia. qꝛ profunda. Iudicia enim dei abyſſus multa. Et Eccl'iaſtici. j. Profundum abyſſi quis dimenſus ē? Hec profunditas innuitur Job. xj. Forſitan veſtigia dei cōprehendes. et vſq; ad ꝑfectum oīpotentem reperies. Excelſior celo eſt: ⁊ q̄d facies? ꝓfundior inferno. ⁊ vnde cognoſces quaſi di. ex te non potes. iō conſulit apoſtolꝰ Epheſeos. iij. In charitate radicati et fundati. vt poſſitis cōprehēdere ⁊c. Et h̄ ꝓfūdū ꝑſcrutat̄ magr̄ ī ꝑmo li. Subtilitas eī diuini eſſe cōſiſtit ī duobus ſcilꝫ ī nobiliſſimis emanationibus que ſunt gn̄atio ⁊ ꝓceſſio. In nobiliſſimis cōditionibus que ſunt ſumma ſapiētia. oīpotētia ⁊ ꝑfecta voluntas de quibus ē primus liber. Nam ī ꝑma pꝛte agit de ſacratiſſima vnitate et trinitate. In ſecunda vo ꝗ incipit diſt. xxxv. Cūq; ſupra diſſerui ⁊c. ſpeciali tractatu agit de ſupradicta eius triplici cōditioue ſiue ꝓprietate. ¶ Profundū creationis ē vanitas eē creati. Creatura enī ꝙto magis euaneſcit tanto magis in profundum tendit. ſiue euaneſcat ꝑ culpā ſiue per penam. ¶ Propter h̄ dr̄ per prophetā in pš. in perſona hominis qui euanuit per culpam. Infixus ſum ī limo profundi ⁊ non eſt ſubſtantia. Et rurſus orans ꝓpheta ne euaneſcat ꝑ penam dicit. Non me demergat tēpeſtas aque. neq; abſorbeat me profundum ⁊c. Hoc profundum ſcrutatur magiſter in. ij libro.

# Prologus.

Nā vanitas eſſe creati in duobus cōſiſtit. videlicet ī mutatione
de non eſſe in eſſe. ⁊ rurſum. ī reuerſione in nō eſſe. Et ꝙuis nul
la creatura oīno cedat in non ens per naturā verūtamē ſicut di
cit Aug. peccator tēdit ad non eſſe per culpā ⁊ de his duobus
eſt totus ſecundus. Nam in prima ꝑte agit de rerū egreſſu. In
ſecunda vero parte que īcipit diſtinc. xxi. Vidēs igit̄ diabolꝰ ⁊c.
agit de lapſu. vt de temptatione diaboli. de pctō originali. ⁊ a-
ctuali vſq ad finem. ¶ Profundū incarnationis eſt meritū hūi
litatꝭ chriſti. quod tantum fuit vt vere poſſit dici profundū ꝗſi
non habens terminum nec fundum. De quo poteſt intelligi illō
Jone ij. Proiecisti me in profundū in corde maris. ⁊ flumē cir-
cūdedit me. Hoc pōt dici de chriſto. qui tm̄ humiliatꝰ eſt. vt ve-
re poſſit dici ꝓiectus ⁊ abiectus Eſa. liij. Et vidimus eū et non
erat ei aſpectꝰ ⁊ deſiderauimus eū deſpectū et nouiſſimū viroꝝ
⁊c. vere igr̄ dicit ſe ꝓiectū. ſed vbi in profundū maris ⁊ fluminis
Nam paſſio chriſti cōparatur mari ꝓpter penalitatis amaritu
dinē flumini ꝓpter charitatis dulcedinem. Dulciſſimū enī cor
Jeſu xp̄i tanta circa nos afficiebat̄. teneritudine amoris. vt nō
videret̄ ei graue ꝓ nobis ſuſtinere extremum ⁊ acerbiſſimū ge-
nus mortis. Et hoc profundū perſcrutatur magr̄ in tertio Nam
meritū xp̄i in duobꝰ ꝯſiſtit ſcꝫ in paſſione ꝑ quā nos redemit. ⁊
in actione per quā nos īformauit. que cōſiſtit ī operibꝰ vtutum
donorū. ⁊ ꝑceptoꝝ de ꝗbus duobꝰ ē tertiꝰ liber. Nā ī prima ꝑte
agitur de incarnatiōe et paſſione ī qua ꝯſiſtit nr̄a redēptio. In
ſcd̄a que īcipit di. xxiij. Cū vero ſupra habitū ſit ⁊c. agit̄ de vtu
tibus. donis ⁊ preceptis. in quibꝰ ꝯſiſtit nr̄a īformatio. ¶ Pro-
fundū ſacramētalis diſpēſationis ē efficacia ꝑfecti medicamēti
Tāta enim eſt efficacia medicine ſacramētalis. ꝙ humanā men
tē excedit. vt vere profūdū poſſit dici. De h̄ Eſa. li. poſuiſti pro
fundū maris viā tuā. vt trāſirēt liberati. Profundū iſtud ī quo
egiptij demergūtur. ⁊ filij liberati trāſeūt et ſaluātur. eſt effica-
cia ſacramētoꝝ in ꝗbus deſtruuntur opa tenebraꝝ. ⁊ cōferūtur
arma lucis ⁊ dona gratiarum ꝑ que hō transfertur de ptāte te-
nebraꝝ in regnū filij charitatꝭ dei. Hec efficacia ſacramētoꝝ eſt
profundū maris inꝗtū primo liberat a culpa ⁊ ītroducit ī ama
ritudinē penitētie fluminis inꝗtū liberat a miſeria ⁊ introdu-
cit in dulcedinē grē. Qd̄ optime prefiguratū fuit in filijs iſrl̄. ꝗ
bus exeuntibus ex egipto diuiſa eſt aqua. ⁊ tranſierunt per me
diū ſicci maris. Sicut dicit̄ exodi. xiiij. Et introeuntibꝰ in ter
ram promiſſionis ꝑ arentē alueū trāſiuit iſrael iordanē iſtū ſic-
cāte dn̄o deo nr̄o aquas eiꝰ. ⁊c. Sic dicit̄ Joſue. iiij. Hoc pfū-
dū pſcrutatur magr̄ in. iiij. lib. Nā efficacia ꝑfecti medicamēti
in duobus cōſiſtit. ſ. in ſanatione a varietate infirmitatum deꝑ
mentiū. ⁊ ī liberatione ab vniuerſitate miſeriarū aggrauantiū
et de his duobus eſt totus quartus liber. Nam in prima parte
agit de mulplici ſanatione quam efficiunt. vij. ſacramēta. In ſe
cūda que īcipit di. xliij. poſtremo de cōditione reſurrectiōis ⁊c
agit de ꝑfecta ſanitate ad quā ꝑducūt. ſicut de glīa reſurgētiū
qui veraciter ⁊ fideliter ſacramēta eccleſie ꝑceperūt. et per op
poſitū de pena maloꝝ qui ſacra eccleſie cōtēpſerūt. ¶ Ex pſcru
tatione autē quattuor profundoꝝ in quattuor libris elicitur fi-
nis. ſ. reuelatio quattuor abſconditoꝝ. ¶ Primum eſt magnitu
do diuine ſubſtātie. De qua Eſa. xlv. Vere tu es deus abſcondi
tus deꝰ iſrael ſaluator. Vere magnitudo diuine ſubſtātie abſcō
dita. ſm̄ illud Job. xxvj. Cū vix paruā ſtillā ſermonis eius au
dierimus Magnitudinē tonitrui eiꝰ quis poterit intueri? certe
nullus poteſt intueri niſi ille cū quo ſapiētia dei inhabitat. pro-
h̄ petebat ille ſapiētie amator Sap. ix. Mitte illā de celis ſctis
tuis et a ſede magnitudinis tue. Hoc abſcōditū magiſter reple-
tus ſapiētia de ſupernis. per primi libri pſcrutationē produxit
in lucem. Nam viſis et intellectis nobiliſſimis emanationibus
⁊ nobiliſſimis proprietatibus. innoteſcit nobis viatoribꝰ ſcd̄m
ꝙ poſſibile eſt diuine ſubſtantie magnitudo. Secūdum abſcō-
ditum eſt ordo diuine ſapientie. De quo Job xxviij. Vbi inueni
tur ſapientia. ⁊ quis eſt locus intelligētie? abſcōdita eſt ab ocu
lis oīm viuētium. volucres quoq celi latet. Vere abſcōdita. Qꝛ
ſicut dicitur ibidē. Sapiētia trahit̄ de occultis. ita ꝙ ſi cogno-
ſci optatur indiget pſcrutatiōe profunditatis nō in ſe. ſed ī ope
ribus in quibus ipa relucet. Vn̄ dr̄ Eccli. i. ꝙ vnꝰ eſt altiſſimꝰ
creator ꝗ effudit illā ſup oīa opa ſua. Hoc ḡ abſcōditū manife-
ſtat magr̄ ī pſcrutatiōe ſcd̄i. Nā viſo ordie bonoꝝ ⁊ maloꝝ. patꝫ
nobis ꝗmō ab eterno ſapiētia dei ordinata ē. ⁊ ex antiqs anteꝗ̄
terra fieret. ¶ Tertiū abſcōditū eſt fortitudo diuine potentie.
De qua Abac. iij. Cornua ī manibꝰ eiꝰ. ibi abſcōdita ē fortitudo
eius. legit̄ de xp̄o pēdēte ī cruce vbi latuit fortitudo virtutꝭ ſub
palio infirmitatꝭ. Et h̄ eſt ſacramētū abſcōditū a ſeculis. De ꝗ.
Ephe. iij. Mihi omniū ſanctoꝝ minimo data eſt grā hec in gen
tibus euāgelizare inueſtigabiles diuitias xp̄i. ⁊ illuminare oēs
ꝗ ſit diſpēſatio ſacramēti abſcōditi a ſeculis ī deo. Hoc ē ſacra
mētū abſcōditū. ſacrū ſecretū ꝗ deus fortis vt hoſtē vinceret. ī
dutꝰ eſt armis noſtre īfirmitatꝭ. quod eſt inauditū a ſeculis. In
perſcrutatiōe tamē tertij libri vbi oſtendit̄ ꝙ chriſtus in ſua in-
firmitate vicit cōtrariā poteſtatē. manifeſtat̄ fortitudo diuine
potētie. Si ei vicit per īfirmitatē. ꝗd feciſſet ſi pugnaſſet ꝑ vtu
tē? Et ſi infirmū dei fortius eſt hoībus. brachiū dei ꝗs poterit ī
firmare. Vere igr̄ ptꝫ inenarrabilis eius fortitudo cuius eſt tā
fortis īfirmitas. ¶ Quartum abſconditum eſt dulcedo diuine
miſericordie. De quo pſ. Quā magna multitudo dulcedis tue
dn̄e. quā abſcondiſti timētibus ⁊c. Vere abſcondita ⁊ reſeruata
timētibus dulcedo mīe. Quia ſicut dr̄ in pſ. Miſericordia dn̄i
ab eterno ⁊ vſq in eternū ſuper timētes eū. ⁊ in eis ꝗ ſperāt ſup
mia eiꝰ. Hec dulcedo manifeſtatur ī perſcrutatione quarti libri
Nā viſo qualiter deus dimittit pctā in pſēnti. ⁊ qualia noſtris
vulneribus adhibet medicamina. ⁊ qualia in futuro dat ꝑmia
nobis dulcedo diuine mīe aperit̄. ¶ Horū igit̄ abſcōditoꝝ ꝓpa
latio eſt finis libri generalis ad quē perduci ⁊ perducere volēs
magr̄ ſentētiaꝝ pſcrutatꝰ eſt profunda fluuioꝝ preuia grā ſpiri
tusſancti. Ille eni eſt ꝑcipuus pſcrutator ſecretoꝝ et profundo
rum. ſm̄ ꝙ dr̄. j. Corī. ij. Spūs oīa pſcrutat̄. etiā profunda dei
Huius ſpūs agitatꝰ charitate. ⁊ luce et claritate illuſtratꝰ. com
poſuit magr̄ hoc opus ⁊ ſcrutatus profunda fluuioꝝ. hoc etiam
ſpiritu adiuuante factus eſt reuelator abſconditorum. Ipſe. eni
eſt de quo ſcribitur Danielis. ij. Ipſe reuelat profunda ⁊ abſcon
dita. ⁊ nouit in tenebris cōſtituta. Et hec fuit ītētio ⁊ finis ma-
giſtri ſm̄ ꝙ ipſe dicit in prologo. lucernā veritatis in candela-
bro exaltare volētes. ī ſudore ac labore multo hoc volumē deo
preſtāte cōpegimus ex teſtimonijs veritatꝭ in eternum fundatꝭ
Et pauloante dixerat. ꝙ propoſitum ſuum eſt theologicarū in-
quiſitionū abdita pādere. Patet ḡ in verbo propoſito preſentis
libri cauſa materialis. formalis. efficiens et finalis.

Ad intelligētiam coꝝ ꝗ primo tacta ſunt quattu-
or poſſunt queri iuxta quattuor predicta. Primo
que ſit huius libri materia vel ſubiectum.

## Queſtio. j.

Qd̄ deꝰ ſit ſubiectū vide-
tur. Illud enim ſubiectū
eſt ī ſcientia de quo ⁊ de cuius ꝓprietatibus ē ſci
entia tota. Sꝫ de deo ⁊ de eius opibus. vtputa creatiōe ⁊ repa-
tiōe ē totꝰ iſte liber. ergo ⁊c. ¶ Itē vr̄ ꝙ ſubiectū iſtiꝰ libri ſint
res ⁊ ſigna. Illud eni ē ſubiectū ī ſcīa ſꝫ cuius diuiſionē diuidi
tur illa ſcīa ab alijs. qꝛ ſcientie ſecātur vt rēs. hoc eſt qꝛ diuidūt̄
ſꝫ diuiſionē ſubiectoꝝ. ſꝫ h̄ ē res ⁊ ſignū. ſicut manifeſtū ē ḡ ⁊c.
¶ Item videt̄ ꝙ credibile ſit ſubiectū huiꝰ libri. Illud enim eſt
ſubiectū in libro. circa quod verſat̄ autoris intentio ⁊ tractatꝰ.
Sed credibile eſt huiuſmodi. Vn̄ magiſter dicit in ꝓlogo ꝙ pro
poſitū ſuū eſt fidē nr̄aꝫ clipeis dauidice turris munire hoc ē ad
ꝓbandū fidē rōnes adducere nō inꝗ fidē ſm̄ habitū. ſꝫ ſm̄ cre
ditū ḡ ⁊c. ¶ Sꝫ cōtra Subiectū in ſcīa dꝫ cōplecti oē qd̄ deter
minat̄ in illa. ſed hoc ī libro nō tm̄ determinat̄ de deo ſꝫ etiā de
creaturis ḡ deus nō eſt ſubiectū huiꝰ totiꝰ libri generalit̄. ſꝫ ſo-
lū primi libri. ¶ Itē aliter oſtendit̄ illō idē ſic. Licet tres cau-
ſe coincidant in vnā. tamē materia non coincidit ſimul cum fine
Quia materia dicit quid incōpletū. finis autē dicit totius ope-
ris cōplemētum. Sed deus eſt finis totius iſtiꝰ operis. qꝛ finis
totius theologie. ergo non eſt ſubiectū vel materia. ¶ Item ꝙ
res ⁊ ſigna nō ſint ſubiectū. videtur. Oīs. eni ſcīa eſt de rebus et
ſignis. ḡ ſi res et ſigna ſunt ſubiectū huius libri. liber iſte ē gn̄a
lis ad omnes. Quod ſi ſpecialis ſciētia ⁊ doctrina traditur in li
bro hoc. patet ꝙ res ⁊ ſigna nō habent aſſignari in eo pro ſubie
cto. ¶ Item conſtat ꝙ alia eſt ſciētia de rebus et alia de ſignis
vt patet differt enim ſermocinalis ſcientia a naturali. ergo aut
ſcientia tradita ī hoc lib. nō ē vnius generis aut non eſt ſimul
de rebus ⁊ de ſignis. Sed eſt vnius generis ḡ ⁊c. ¶ Itē ꝙ cre
dibile non ſit ſubiectum videtur. Quia ſcientia et veritas ſūt di
uerſi habitus. ergo habent diuerſa obiecta. ergo cum credibile
inꝗtum huiuſmodi ſit obiectū veritatis nō erit obiectus ſciētie
inꝗtum huiuſmōi. ḡ ⁊c. ¶ Item ſicut conſideratio huius libri
verſatur

verſaꝛ circa fidem. ita circa ſpem ⁊ charitatem. ꝙ ſi ſperãdum
vel diligendū. ſiue ſperabile vel diligibile nõ eſt ſubiectū hu-
ius libri. pari ratione nec credibile eſt ſubiectum in eo.
Rñ. dicẽdū ꝙ ſubiectū in aliqua ſcientia vel doctrina triplici
6 ter poteſt accipi. Uno modo dicitur ſubiectū in ſcientia ad quod
oĩa reducūtur ſicut ad principiū radicale. Secūdo mõ ad qḋ
omnia reducuntur ſicut ad totū integrale. Tertio mõ ad qḋ
oĩa reducuntur ſicut ad totū vniuerſale. Exẽplum huius ma-
nifeſte patet in grãmatica. Nam ſubiectū primo mõ ad qḋ oĩa
reducuntur ſicut ad primū elementale vel radicale eſt littera
quã ideo vocat Priſcian⁹ elementū. q2 eſt minimū in q̄ ſtat re
ſolutio grãmatici. Subiectū ad qḋ oĩa reducūtur ſicut ad to
tum itegrale eſt orõ cõgrua ⁊ pfecta. Subiectū vero ad quod
oĩa reducunꝛ ſicut ad totū vniuerſale eſt vox litterata: articu
lata. ordinabilis ad ſignificandū aliquid ĩ ſe vel in alio. Per
hunc modū eſt diſtinguere in quadriuialib⁹. Nam ſubiectū in
geometria ad qḋ oĩa reſoluūtur vt ad pricipiū eſt pūct⁹. Sub
iectū ad qḋ oĩa reducūtur vt ad totū integrū eſt corpus qḋ cõ
tinet in ſe oẽ genus diuiſionis. Subiectū ad qḋ oĩa reducunꝛ
vt ad totū vniuerſale eſt quãtitas cõtinua imobilis. Per hūc
modū ⁊ ĩ hoc libro eſt aſſignare ſubiectū ſm triplicẽ differen
tiã. Nam ſubiectū ad qḋ oĩa reducūtur vt ad principiū ẽ ipſe
de⁹. Subiectū ꝙ ad qḋ oĩa reducūtur q̄ determinãtur in h li-
bro vt ad totū integrū eſt chriſtus put cõprehẽdit diuinã na
turã ⁊ humanã. ſiue creatã ⁊ increatam. De quibus ſunt duo
primi libri. ⁊ caput ⁊ mẽbra de quibus ſunt duo ſequẽtes. Et
accipio hic large totū integrū qḋ multa cõplectitur nõ ſolum
p cõpoſitionẽ. ſed etiã per vnionẽ ⁊ per ordinem. Subiectū ꝙ
ad qḋ oĩa reducūtur ſicut ad totū vniuerſale. poſſum⁹ noĩare
dupla noĩatione ſiue ſub diſiūctione. ⁊ ſic eſt res vel ſignū. Et
vocaꝛ h ſignū ſacramẽtū. Poſſum⁹ ⁊ vnico vocabulo noĩare ⁊
ſic ẽ credibile put tñ credibile trãſit in rõnẽ intelligibilis ⁊ h
p additionẽ rõnis. ⁊ h mõ ppe loquẽdo credibile ẽ ſubiectū
in h libro. Concedende ꝙ ſunt rationes pbantes ⁊ deū eſſe ſb
iectū. ⁊ res et ſigna. ⁊ credibile. diuerſimode ſicut dictum eſt.
7 ¶ Quod ergo obijcitur in cõtrariū ꝙ de deo nõ agiꝛ p totū ĩ
h libro. Dicẽdū ꝙ q̄uis nõ agaꝛ de deo q̄tū ad ſubſtãtiã tñ.
agiꝛ tñ q̄tū ad ſubſtãtiã vel q̄tum ad opera ei⁹. ⁊ ideo nõ eſt
ſubiectū vt totū ſed vt primū. ¶ Quod obijciꝛ ꝙ materia nõ
coincidit in vnū cū fine. Dicendum ꝙ materia tripliciter dici
tur. ſcz materia ex qua. materia in qua. ⁊ materia circa quã.
⁊ h vltima materia magꝭ dr obiectū q̄ materia. Qñ ꝙ diciꝛ ꝙ
materia nõ coincidit cū fine. verum ẽ de materia ex qua q̄ pro
prie eſt materia: ſed non de materia circa quã q̄ pprie eſt obie-
ctū. Nam idem poteſt eẽ obiectū habitus ⁊ finis. ⁊ talimodo
accipitur materia in ſcientia pro obiecto virtutꝭ cognoſcentis
¶ Quod obijcitur de rebus ⁊ ſignis ꝙ ſint ſubiecta oĩm ſcien
tiarū. Dicẽdū ꝙ res ⁊ ſignū poſſunt accipi in ſua generalitate
⁊ ſic nõ ptinẽt ad ſciẽtiã ſpecialẽ. nec ad librum. nec ad eandẽ
ſcientiã. Poſſunt itez accipi ſm ꝙ induunt rõnẽ credibilis ⁊
ſic quẽadmodū vna eſt virtus ⁊ vnus eſt habit⁹ de oĩbus cre-
dibilibus. ſiue ſint res. ſiue ſint ſigna. vt fides. ſic vna eſt ſciẽ-
tia ſpecialis de omnib⁹ inq̄tū induūt hanc rationẽ. ſ. credibi
lis ſiue ſint res ſiue ſigna. ¶ Aliter poteſt dici. ꝙ dupliciter ẽ
loqui de rebus ⁊ ſignis. aut abſolute. aut in relatione ad frui-
tionẽ ſiue ad illud quo fruẽdū eſt. Primo q̄dem modo ſpectãt
ad ſpeciales ſcientias ⁊ diuerſas. Secūdo modo ad vnã ſciẽ-
tiã ſiue doctrinã. Unñ quẽadmodū de oĩbus entibus inq̄tū re
ducūtur ad vnū primū ens. eſt vna ſcientia. aut vnus liber. ſic
de oĩbus rebus ⁊ ſignis inq̄tū ordinãtur ad vnū qḋ eſt alpha
⁊ o. ẽ vna ſcia. ¶ Qḋ obijcitur. ꝙ credibile eſt obiectū verita-
tis eſt dicẽdū ꝙ alio mõ eſt credibile obiectū veritatꝭ. alio mõ
9 ſcientie. Credibile eni ſm ꝙ habet in ſe rationẽ prime veritatꝭ
cui fides aſſentit ppter ſe ⁊ ſuper oĩa. ptinet ad habitū fidei.
Secūdū vero ꝙ ſuper rationẽ veritatis addit rationẽ auto-
ritatis. pertinet ad doctrinã ſacre ſcripture. De qua dicit Au
guſti. ſuper Geñ. ad litterã. ꝙ maior eſt eius autoritas. q̄ hu
mani ingenij pſpicacitas. Sed ſm ꝙ ſupra rõnem veritatis ⁊
autoritatis addit rationẽ pbabilitatꝭ. ptinet ad conſideratio
nẽ preſentis libri. in quo ponuntur rationes probantes fidem
noſtram. ⁊ ſic patet quomõ differenter eſt fides de credibili. ⁊
libri de canone ſacre ſcripture. ⁊ preſens ſcriptura. ⁊ ideo non
valet illa obiectio de ſperabili vel diligibili. qm̄ iſte liber non
eſt ſic ad defẽſionẽ ſpei ⁊ charitatꝭ. ſicut fidei. vñ nõ eſt ſimile.

## Queſtio. ij.

De cauſa formali ſiue modo agẽdi hu
ius libri. Et dictū eſt ꝙ eſt pſcrutato
rius ⁊ inquiſitiuus ſecretorum. Sed cõtra Eſa. xl. Deus dat
ſecretoꝝ ſcrutatores q̄ſi nõ ſint. Itẽ puer. xxv. Scrutator ma
ieſtatis opprimeꝛ a gloria. Item Eccleſi. iij. Altiora te ne que
ſieris. ⁊ fortiora te ne ſcrutatus fueris. Ergo ſi ea que magꝭ p
ſcrutaꝛ ſunt ſecreta. ſunt magna ſunt alta ⁊ fortia. male magꝭ
procedit. ¶ Itẽ rõne oſtẽdiꝛ ſic. Mod⁹ pcedendi in parte ſci
entie debet eſſe vniformis modo totalis ſciẽtie. ſed mod⁹ pro
cedendi in ſacra ſcriptura eſt tipicus ⁊ per modū narrationis
nõ inq̄ſitionis. cū ergo iſte liber ptineat ad ſacrã ſcripturã nõ
debet procedere inquirendo. ¶ Item modus agẽdi debet eſ-
ſe cõueniens materie de qua eſt. Unde in primo ethicorum di-
ciꝛ. Sermones inquirẽdi ſunt ſm materiã. Sed materia hui⁹
doctrine ẽ credibile. ⁊ credibile eſt ſupra rationem. ꝙ modus
procedendi per rationes non conuenit huic doctrine.
¶ Item modus agendi debet eſſe cõueniens fini ad quẽ ordi
natur ſcientia. Sed hec ſcia vt dicit magiſter in littera ordia
tur ad fidei promotionem. ſed rationes fidem non promouẽt
ſed euacuãt. Unde Grego. Fides nõ habet meritū. cui huma
na rõ prebet experimẽtū. ergo talis modus cõtrariatur fini.
ꝙ non eſt cõueniens. Unñ ⁊ Hierony. Tolle inq̄t argumẽta cum
de fide agitur. Paſtoribus ⁊ piſcatoribus creditur nõ dyale-
ticis. Uanus ergo et inutilis videtur hic modus.
¶ Sed cõtra. j. Petri. iij. Parati omni poſcenti reddere rõnẽ
de ea que in vobis eſt fide ⁊ ſpe. Cum ꝙ multi ſint qui fidẽ no-
ſtram ipugnant. vtiq3 rationẽ de ea poſcunt vtile ⁊ cõgruū vi-
detur per rationes eam aſtruere. ⁊ modo iq̄ſitorio ⁊ ratiocinã
do procedere. ꝙ ⁊c. Item Richardus de ſancto Uicto. in li. de
trini. Credo ſine dubio ad q̄ſulibet explanationẽ neceſſe eſſe
nõ modo probabilia. ſ3 etiã neceſſaria argumenta non deeſſe.
licet contingat nr̄am induſtriã latere. Ergo cū fides nr̄a cre
dat neceſſaria. ⁊ illa habeant rõnes latentes ⁊ talia indigent
pſcrutatione. vt enodẽtur. pt3 ꝙ modus pſcrutatorius marie
cõuenit huic ſciẽtie. ¶ Item non eſt peioris cõditionis veri-
tas fidei nr̄e q̄ alie veritates. ſ3 in alijs veritatibus ita eſt ꝙ
oĩs que põt per rationem impugnari. poteſt et debet p ratio-
nem defendi. ergo pari ratione ⁊ veritas fidei noſtre.
¶ Item nõ eſt modo fides noſtra peioris conditionis q̄ ĩ pri
cipio. ſed in pricipio quãdo impugnabaꝛ p falſa miracula ma
gorū defendebatur per vera ſanctoꝝ. ergo cū modo impugne
tur per falſa argumenta hereticorum. debet defendi per vera
argumẽta doctorū. ¶ Rñ. dicendū ꝙ modus perſcrutatori⁹
cõuenit huic doctrine ſiue libro. Cū enim finis iportat neceſſi
tatẽ his que ſunt ad finem. Quia ſicut dicit philoſoph⁹. Ser-
ra eſt dentata. quia eſt ad ſerrandū. ſic iſte liber. quia eſt ad p
motionẽ fidei habet modum inquiſitiuum. Modus eni ratio
cinatiuus ſiue inquiſitiuus valet ad fidei pmotionẽ. ⁊ hoc tri
pliciter ſm tria genera hoim. Quidam enim ſunt fidei aduer-
ſarij. Quidam ſunt in fide infirmi. Quidam vero pfecti. Mo
dus inq̄ſitiuus valet pmo ad ꝯfundendū aduerſarios. Unde
Aug. j. de trinitate. Aduerſus garrulos ratiocinatores elatio
res magꝭ q̄ capaciores. rationib⁹ catholicis ⁊ ſimilitudinib⁹
cõgruis ad defenſionẽ ⁊ aſſertionẽ fidei. eſt vtẽdū. Scḋo va
let ad fouendnm infirmos. Sicut eni deus charitatẽ infirmo
rū fouet per beneficia temporalia ſic fidem infirmorū fouet p
argumenta pbabilia. Si eni infirmi viderent rationes ad fi-
dei probabilitatẽ deficere. ⁊ ad oppoſitū abundare nullus pſi
ſteret. Tertio valet ad delectandum perfectos. Miro eni mõ
aĩa delectaꝛ in intelligendo qḋ pfecta fide credit. Unñ. Bern.
Nihil libentius intelligimus q̄ ꝙ iã fide credimus.
¶ Quod ergo obijcitur in cõtrariū. dicendū ꝙ omnes ille au
toritates intelligūtur de pſcrutatione curioſa nõ de pſcruta-
tione ſtudioſa. Nam ipſe domin⁹ dixit iudeis. Johã. v. Scru
tamini ſcripturas ⁊c. ¶ Quod obijcitur ꝙ ille modus nõ cõ- 11
petit ſacre ſcripture. Dicendum ad h ꝙ liber iſte ad ſacrã ſcri
pturã reducitur per modum cuiuſdam ſubalternationis. nõ p
tis pricipalis. Similiter ⁊ libri doctoꝝ qui ſunt ad fidei defẽ
ſionẽ. quod pt3 ſic. Quia non quelibet determinatio trahens
in partem. facit ſubalternationẽ ſcientie. ſed determinatio q̄-
dammodo diſtrahens. Nã ſcientia de linea recta nõ diciꝛ ſub
alternari geometrie. ſed ſcientia de linea viſuali. quoniã h de-

terminatio quodammodo trahit ad alia principia. Qm̄ ergo ſacra ſcriptura eſt de credibili vt credibile. hec ſt de credibili vt facto itelligibili. ⁊ h̄ determinatio diſtrahit. Nam qđ credimus debetur autoritati. ⁊ quod intelligimus rōni. Hinc eſt ꝙ ſicut alius modus certitudinis eſt in ſcientia ſuperiori. ⁊ inferiori. ita alius modus certitudinis eſt in ſacra ſcriptura: ⁊ alius in h̄ libro. ⁊ iđ alius modus procedendi. Et ſicut ſcīa ſubalternata vbi deficit redit ad certitudinē ſcīe ſubalternantis q̄ maior ē. Sic etiam cū magr̄o deficit certitudo rōnis. recurrit ad autoritates ſacre ſcripture q̄ excedit oēs certitudinē rōnis

¶ Qđ tu obijcis ꝙ modus dꝫ cōuenire materie. Dicēdū ꝙ cōuenit. Et qđ obijcitur ꝙ credibile eſt ſuper rōnem verū eſt ſup rōnē ꝙtum ad ſcientiā acq̄ſitā. ſꝫ nō ſupra rationē eleuatā ꝑ fidē ⁊ ꝑ donū ſcīe ⁊ intellectꝰ. Fides enī eleuat ad aſſentiendū ſcīa ⁊ intellectus eleuant ad ea q̄ credita ſunt intelligendum.

¶ Qđ obijcitur ꝙ non cōuenit fini quia euacuatur meritum. dicendum qn̄ aſſentitur propter ſe rationi. tunc aufertur locꝰ fidei. quia in anima hominis dominatur violentia rationis. Sed quando fides non aſſentit propter rationē. ſed propter amorem eiꝰ cui aſſentit. deſiderat habere rationes. tūc nō euacuat ratio humana meritū. ſed auget ſolatiū. ⁊ primo mō intelligit Grego. ſimiliter ⁊ Hiero. ꝙ non ſunt inducenda argumēta dyalectica. quibus homo principaliter innitatur. q̄ innitēdum eſt autoritati principalius ꝙ rationi.

**Queſtio .iij.** De cauſa finali. Et cum dictum ſitꝙ liber iſte eſt ad reuelandum abſcondita. q̄ritur vtrū opꝰ hoc ſit ꝯtēplatiōis grā. vel vt boni fiamꝰ Et ꝙ ſit vt boni fiamus videt̄ ſic. Omnis doctrīa q̄ eſt de his ſine quoꝝ cognitione nō contingit recte viuere eſt vt boni fiamus. ſed iſte liber eſt ad cognitionē nr̄e fidei. ſine qua īpoſſibile eſt placere deo. nec recte viuere vt dr̄ Heb. xj. ḡ iſte liber eſt vt boni fiamus. ¶ Itē oīs doctrina que cōuenit cū virtute in obiecto. eſt vt boni fiamus. hec ꝑ ſe manifeſta eſt. ſed hec doctrina cōuenit cū fide in obiecto. q̄ eſt de credibili de quo etiam eſt fides ſiue in quo. ergo ⁊c.

¶ Item doctrina ꝑticularis conuenit cū totali in fine ſꝫ finis totalis ſcripture ſacre non eſt tm̄ vt fiamus boni. ſed etiamvt fiamus beati. et beatitudo eſt optimū. igitur finis iſtius ſcīe eſt vt boni fiamus. ¶ Contra magr̄ dicit ī littera ꝙ finis ſiue intētio ſua eſt theologicarū inq̄ſitionū abdita pandere ſꝫ h̄ ꝑtinet ad ſcīam cuius finis eſt ſpeculatio. ergo ⁊c.

¶ Item ſcīa que eſt vt boni fiamus. pertinet ad mores. ſꝫ cū theologia ſit de fide nō de moribus. liber aūt iſte de his q̄ ſpectāt ad fidē nō de his q̄ ſpectāt ad mores. ḡ opꝰ h̄ n̄ ē vt boni fiamꝰ. ¶ Itē oīs ſcīa que ē vt boni fiamꝰ eſt practica. ſed oīs talis eſt de his que ſunt ab opere noſtro. ſed hec nō eſt de his que ſunt ab opere nr̄o. ſed a deo. ergo eſt cōtemplationis gratia non vt boni fiamus.

¶ Rn̄. ad intelligentiā predictorum notandū eſt ꝙ perfectibilis eſt intellectus noſter a ſcīa. Hunc aūt contingit conſiderare tripliciter ſcꝫ in ſe vel ꝑut extenditur ad affectū. vel ꝑut extenditur ad opus. Extendit̄ aūt intellectus per modum dictantis ⁊ regulantis ſm̄ hūc triplicem ſtatū. ⁊ q̄ errare poteſt habet triplicē habitū. directiuū. Nam ſi conſideremus itellectum in ſe. ſic eſt proprie ſpeculatiuus. ⁊ ꝑficitur ab habitu q̄ eſt contemplationis gratia. que dicitur ſpeculatiua ſcientia. Si aūt cōſideremus ipꝫ vt natū extendi ad opus. ſic perficit̄ ab habitu vt boni fiamus. ⁊ hec eſt ſcientia practica ſiue moralis. Si autem medio mō conſideretur. vt natus extēdi ad affectum. ſic perficitur ab habitu medio inter pure ſpeculatiuū ⁊ practicum. qui cōplectitur vtrūq̄. ⁊ hic habitꝰ dicitur ſapīa q̄ ſimul dicit cognitionē ⁊ affectum. Sapientia enī doctrine ē ſm̄ nomē eius. Eccleſi. vj. Unde hic ē cōtēplationis gratia. ⁊ vt boni fiamus. principaliter tamē vt boni fiamꝰ. talis eſt cognitio tradita in hoc libro. Nam cognitio hec iuuat fidem. ⁊ fides ſic eſt in itellectu vt ꝙtū eſt de ſui ratione. nata ſit mouere affectū ⁊ hoc patet. Nam hec cognitio xp̄s pro nobis mortuꝰ ē ⁊ cōſimiles. niſi ſit hō peccator durꝰ. monet ad amorē ⁊ deuotionē nō ſic iſta. circulus vincit diametrū ⁊c. Cōcedēdū eſt ergo ꝙ ſcientia preſentis libri eſt vt boni fiamus.

¶ Quod obijcitur. ꝙ eſt ad pandendum abſcōdita. dicenduꝫ ꝙ ibi non eſt ſtatus, quia illa reuelatio ordinat ad affectum.

¶ Quod obijcitur ꝙ non eſt de moribus. nec de his que ſunt ab opere noſtro. iam patet reſponſio ad illud. q̄ ipſe loquitur de illa ſciētia que proprie ē vt boni fiamus vt de practica.

**Queſtio .iiij.** De cauſa efficiente. Et dicitur fuiſſe magr̄ petrus lombardꝰ pariſien̄. epiſcopus. Sed ꝙ non debeat dici autor huius libri videtur Ille ſolus dicēdus eſt autor libri qui eſt doctor ſiue actor doctrine. Sed ſicut dicit Augu. in libro de magiſ. ſolꝰ xp̄s eſt doctor. Mat. xxiij. ergo ſolus debet dici huius libri autor.

¶ Item ſicut dicit philoſophus in ethicis. Non quicūq̄ facit grāmaticalia vel muſicalia debet dici grāmaticus vel muſicꝰ vtpote ſi faciat caſu vel fortuna vel alio ſupponēte ſiue dicēte Sed magr̄ hoc opus cōpoſuit ex aliena doctrīa. ſicut ipſe dicit in littera ꝙ in hoc opere maiorum exēpla doctrināq̄ reperies ergo non debet dici autor. Si tu dicis ꝙ nō tm̄ hic eſt doctrina ſctōꝝ ſed etiaꝫ ſua. cuius ratione debet dici autor. Cōtra. a maiori et digniori debet fieri denolatio. Sed magr̄ dicit ꝙ ſi pauliſper vox ſua inſonuerit. ⁊ tunc a paternis limitibus nō diſceſſit. ergo non debet iſte liber dici eſſe magiſtri.

¶ Contra conſtat ꝙ deus hoc opus non ſcripſit digito ſuo. ḡ habuit aliū doctorē. Sed non eſt dare alium niſi magrm̄ ḡ ⁊c.

¶ Item autoritas magiſtri in hac ꝑte recipitur. ideo cū ipſe dicat in littera. ī multo labore ⁊ ſudore hoc volumē deo preſtāte cōpegimꝰ. ḡ videtur ꝙ ipſe fuit autor preſentis libri.

¶ Reſpon. ad intelligentiā dictorū. notandū ꝙ quadruplex eſt modus faciendi librū. Aliquis enī ſcribit alienā materiam nihil addendo vel mutando. ⁊ iſte mere dr̄ ſcriptor. Aliq̄s ſcribit aliena addendo ſed non de ſuo. ⁊ iſte cōpilator dr̄. Aliquis ſcribit ⁊ aliena ⁊ ſua. ſed aliena tanq̄ principalia. ⁊ ſua tanq̄ annexa ad euidentiā. ⁊ iſte dicitur cōmētator. Aliquis ſcribit et ſua et aliena. ſed ſua tanq̄ principalia. aliena tanq̄ annexa ad confirmationē. ⁊ talis debet dici autor. Talis fuit magr̄. qm̄ ſentētias ſuas ponit. ⁊ patrū ſententijs ꝯfirmauit. Unde vere debet dici autor huius libri. ¶ Quod ergo obijcitur ꝙ ſolus xp̄s eſt doctor ⁊ autor. Dicendū ꝙ ſicut dicit Augu. ī lib. de doctrina xp̄iana. Docere eſt dupliciter ſicut dr̄ duplr̄ aliq̄s facere ⁊ videre. Aliter enī facit videre q̄ viſum reſtituit: aliter qui viſibile digito oſ̄dit. Primū facit deus. ſcđm homo. Similit̄ aliter docet q̄ ſciētiā quā habet in aliū verbo vel ſcripto offert vel oſtendit aliter qui habitū ſciētie iprimit. vterq̄ tamē dicit̄ doctor ⁊ autor. ſed deus pricipalius. ſicut ī propoſito.

¶ Quod obijcitur ꝙ fecit librum alio ſupponente: dicēduꝫ ꝙ nō ideo dr̄ facere aliq̄s ſupponēte alio. q̄ ab alio didicit tūc enī pauci eſſent doctores vel grāmatici ſed ſi omnino ſciētia eius dependeat ab alio. ita ꝙ nō habet habitū intra. ſicut illi qui faciūt bonū latinū. q̄ alij ei dixerūt. ſed ipſi ignorāt arteꝫ hoc mō nō fecit magr̄ librū iſtum. Nam a ſcīa quā acq̄ſierat longo tꝑe vel labore hoc opus compoſuit ⁊ per doctrinas patruꝫ ſuas ſententias confirmauit. ⁊ ꝙ ſunt ibi multa dicta aliorum hoc non tollit magiſtro autoritatem. ſed potius eius autoritatem ⁊ humilitatem cōmendat ⁊c.

¶ Beati bonauēture ad ꝓhemiū ſentētiaꝝ aptata iterꝑtatio

☞ Rationes mouētes magiſtrū ad aggrediendū opus ex approbatione ⁊ amore boni ſcilicet catholice veritatis.

**CUpiētes** aliq̄d de penuria ac tenuitate nr̄a cum paupcula in gazophilatium

CUpiētes aliq̄d de penuria ⁊c. Totali libro ꝓmittit magr̄ ꝓlogum in q̄ tangit cauſas ſuſcepti operis. Diuiditur aūt in duas partes in pria ꝑte ponit rōnes q̄ mouerūt ipm̄ ad aggrediendū p̄ſens negociū ſiue opus. In ſecūda rōnes q̄ debēt mouere diſcipulos ad benigne audiendū. circa finē in q̄ maioꝝ ⁊c. vbi incipit alloqui auditores. Prima pars diuiditur in duas quia duplex ratio poteſt mouere aliquē ad opus faciendū ſcilicet amor boni. ⁊ odium mali. Primo ergo ponit ratiōes ſumptas ex parte amoris boni ſcilicet catholice veritatis. Scđo ex parte odij mali ſcꝫ heretice prauitatis. ibi. Quāuis nō ambigamꝰ ⁊c. Pria ps hꝫ quattuor particulas. In pria tangit cauſam excitantē ⁊ h̄ eſt deſideriū mercedis ⁊ ſpes auxilij ſub exēplo vidue ⁊ parabola ſamaritani. In ſcđa ponit cauſam retrahentē q̄ duplex ē ſcꝫ

laboris

laboris imēſitas. ꝛ ꝑpa īfirmitas. ibi. Delectat nos ꝛc. In tertia ponit cāz ꝑpellētē. Et hec ē zelus ipſiuz accēdens. ibi. Quā vicit zel'. In q̄rta ponit cauſaz cōpellentē ꝛ ꝑualētē. ibi. Nō valētes ꝛc. Et hec eſt petitio fratrū ſtudioſoꝝ q̄bus nō poteſt q̄s iure reſiſtere. ſ; q̄dāmō neceſſario oportet collū ſubijcere

¶ Dubia litteralia.

a ¶ Opus vltra vires noſtras agere ꝑſumpſim' ꝛc. Hic obijcitur ꝑſumptio eſt petm̄ ergo peccauit. Rn̄. Eſt preſumptio ꝯfidentie
17 de diuino adiutorio. ꝛ preſumptio ſuperbie que ē de proprio ingenio. prima nō eſt peccatū: ſed eſt v̄tutis indicium. ſecunda vero eſt peccatuz. ſ; de p̄ria loquit̃ magiſter. Uel aliter. Eſt ꝑſumptio ſm̄ veritatē. ꝛ eſt pſūptio ſm̄ ꝑpriam eſtimationē. Prima eſt reprehenſibilis q: ſupbie. ſcd̄a laudabilis q: hūilitatis. Nec eſt culpabilis qui ī oībus operibus ſuis ſe reputat īdignū ꝛ q̄ſi ꝑſūptuoſū.

Rō retrahens laboris imēſitas ꝛ ꝑpria infirmitas.

Rō cōpellens zel' dom' dei.

b ¶ Prolatis duobus denarijs ſuperogantī ꝛc. Hic q̄ritur q̄ ſit iſta ſuperogatio. Si tu dicas ꝙ ſit magiſtroꝝ ꝛ ſanctoꝝ ſuperadditio ad ſacrā ſcripturam. Cōtra Dam. q̄ tradita ſūt nobis per legē et ꝑphetas venerem' nihil vltra inq̄rētes. Itē Apoca. vlti. Si
18 q̄s appoſuerit ad hec. apponat ei dn̄s plagas. Rn̄. dicendū ꝙ eſt additio diſtrahens. ꝛ eſt additio cōplēs. Addēs primo modo non ſuperogat. ſed mag; diminuit ꝛ ſubuertit. ꝛ tales ſunt heretici quib' dat̃ maledictio Addens ſecūdo modo ſupererogat. q: ſaluo ſenſu ſcripturam ipſam dilucidat. Per duos igitur denarios. duo ītelligo teſtamenta per ſamaritanum chriſtum per ſemiuiuum hominem gratuitis expoliatum. ꝛ vulneratum in naturalib' et ſuperogationem intelligo doctorem exponentem. Uel aliter dicendum. ꝙ eſt additio in qua additum eſt contrarium. ꝛ eſt in qua additum eſt diuerſum. et eſt in qua additum' eſt cōſonum. Prima additio eſt erroris. Secunda preſumptionis. quia pſumptio eſt dicere in ſacra ſcriptura aliquod omnino diuerſum ab his que in ea expreſſa ſunt. Tertia fidelis inſtructionis: q: qd̄ implicitum eſt explicat.

Rō cōpellēs ꝛ ꝑualēs ſtudioſorum ꝑces.

c ¶ Quam vincit zelus domus dei. Hic queritur quis ſit iſte zelus ꝛ quare magis hoc zelo accenditur contra animales et carnales q̄ contra ſuperbos ꝛ alios peccatores. ꝛ cum zelus ſit amor priuatus non videtur ꝙ deberet zelo accendi. Preterea cum maius ſit peccatum ſuperbia. videtur ꝙ mag; deberet accendi contra ſuperbos.

19 ¶ Reſpon. ad primum dicendum. ꝙ zelus eſt amor nolēs habere conſortium in amato zelus malus vitat oē conſortium. ſ; zel' bonus vitat tm̄ malos. vn̄ veri zelatores dom' dei nō poſſūt videre ī eccl̄ia vicia q̄ inſurgūt ꝯ ipſam. Un̄ Iohā. ij. dicit gloſa. Zel' bonus ē quo aīmus abiecto hūano timore accēdit̃ ꝛ eo tēdit vt q̄libet praua q̄ viderit corrigere ſatagat. ꝛ ſi nequerit toleret ꝛ gemat. Ad ſcd̄; dicēdū ꝙ magr̄ ſpaliter ī eccl̄ia
20 zelabat fidē. ꝛ iō magr̄ accēdebat̃ ꝯ fidei corruptores. Dupliciter aūt corrūpit q̄s fidē. aut mot' ꝑuerſitate volūtat; ꝛ affectionis ꝛ hic dr̄ carnalis. Nā caro dicit̃ hic carnalis affectio ſm̄ illud Gala. v. Manifeſta ſunt opera carnis ꝛc. Aliomodo corrūpit quis motus peruerſitate iudicij. ꝛ hic dicitur aīalis q̄

domini mittere ardua ſcan-
a dere: opus vltra vires nr̄as agere preſumpſimus conſūmationis fiduciam. laboriſq; mercedē in ſamaritano
b ſtatuētes. qui ꝓlatis in curationē ſemiuiui duobus denarijs. ſuperogāti cūcta reddere ꝓfeſſ' ē. Delectat nos veritas pollicētis. ſed terret immēſitas laboris. Deſideriū hortat̃ proficiēdi. ſed dehortat̃ infirmitas deficiēdi.
c quā vincit zelus domus dei. Quo inardeſcētes fidez noſtram aduerſus errorem carnalium atq; animalium hominum. dauidice turris clipeis munire. vel potius munitaz oſtendere ac theologicarum inquiſitionuz abdita aperire. necnon ꝛ ſacramentorum eccleſiaſticoruz ꝑ modulo intelligentie noſtre noticiā tradere ſtuduim'. Nō valētes ſtudioſorum fratruz votis iure reſiſtere. eoruz in chriſto laudabilib' ſtudijs ligua ac ſtilo nos ſeruire fla
d gitantiū quas bigas in nobis agitat chriſti charitas.

ſi fantaſticus quia fantaſie peruertunt iudiciū rationis.
d ¶ Quas bigas agitat in nobis chriſti charitas. Contra Eccleſiaſtes. ix. Nemo ſcit an odio. an amore dignus ſit.
¶ Reſpon. dicendum ꝙ charitas vnomodo dicit virtutē gratuitam. Aliomodo dicit large amorem multum appreciantem 21

Ratiōes mouētes ex deteſtatiōe ꝛ odio mali. ſ. heretice peruerſitatis. c
e ¶ Quāuis nō ābigam' oēz humani eloquij ſermonez calūnie atq; cōtradictiōi emuloruz ſemꝑ fuiſſe obnoxium. Quia diſſentientibus volūtatum motibus diſſentiens quoq; ſit animoꝝ ſenſus vt cū omne dictū veri rōne perfectum ſit. tamen dum aliud alijs aut videtur aut cōpla-
f cet veritati vel nō intellecte
g vel offendēti impietatis error obnitit̃. ac volūtatis inuidia reſultat. Quam deus ſeculi hui' opat̃ in illis diffidētie filijs. q̄ nō rōni volūtatē ſubijciūt. nec doctrine ſtudiū impendunt. ſed his que ſomniarunt. ſapientie verba coaptare nituntur. non veri ſed placiti rationem ſectantes. Quos iniqua volūtas non ad intelligentiā veritatis. ſed ad defenſionē placentium incitat. non deſiderantes doceri veritatem. ſed ab ea ad fabulas conuertentes auditum. Quorum ꝓfeſſio

amatum. Unde charitas dicitur quaſi amor charus Primo modo ſumpta charitate verū eſt certitudinaliter ꝙ neſcit aliquis. pōt tamē aliquo experimento dulcedinis diuine mīe hoc cōijcere ꝓbabiliter. Scd̄o modo poteſt ſcire. ꝛ ſi primo modo dicit magr̄. nō dicit aſſerendo ſed conijcendo. Si ſecūdo modo tūc aſſertiue poteſt ītelligi. ꝛ ſic patet illud.

Rō heretice ꝑuerſitatis ſiue erroris.

e ¶ Quāuis nō ambigam' ꝛc. Supra poſuit magiſter ratiōes mouētes ex approbatione boni. hic ponit rōnes mouētes ex odio et deteſtatione mali ꝛ hoc ē malu; heretice peruerſitatis. Habet aūt hec pars quattuor particulas. In prima parte tangit eorū peruerſitatē que conſiſtit in calumniando bonum et verū ex erroris cecitate. ꝛ inuidie pari malignitate. In ſcd̄a tangit huius peruerſitatiſ radicez q̄ eſt ſuggeſtio diabolica ꝛ ꝑpria ſupbia. ibi. Quā deus hui' ſeculi. In tertia tangit huius erroꝝ defenſionez que eſt per falſam ſuperſtitionem ꝛ mendacem ꝛ cōtentioſam locutionem. ibi Habent rōnez ſapiētie ī ſuperſtitiōe. In quarta infert rōnē que ipſ; mouit ad preſentis operis cōpilationē. ibi. Horum igitur deo odibilem. Et ratio hec eſt ſubuerſio erroris.

Rō hui' erroris ſuggeſtio diabolica ꝛ ꝑpria ſupbia.

f ¶ Ueritati vel non intellecte. Uidetur ꝙ dicat male. quia veritas eſt lux ītelligibilis. ſicut lux corporalis ſenſibilis. Sed oculus habens viſum. non poteſt ignorare lucez ſenſibilem. ḡ pari ratione nec intellectus ignorabit lucem ītelligibilem Si tu dicas ꝙ nō eſt ſimile. queritur quare non eſt ſimile. et quare magis deficit natura ītellectui q̄ ſenſui. Reſpon. dicēduz ꝙ ſimile eſt ſi quis attendat. Triplex enim eſt cauſa quare aliquis non videt viſibile. Aut eni non videt quia nō vult 22
reſpicere. aut ſi vult impeditur propter defectum organi aut propter abſentiam lucis. hoc manifeſtū eſt. Similiter in ſpiritualibus. intellectus frequenter aliqua nō intelligit. quia non vult conſiderare. Aliquando vero nō intelligit propter impedimentum ex parte corporis. vt patet in freneticis et ſtultis. Aliquando propter abſentiam lucis. Licet enim lux increata ſe non ſubtrahat quantū ad eſſentiā vel quantū ad q̄lecūq; influētiā. ſubtrahit; tamen ſe homini cum peccauit. quātum ad influentiam perfectam. Unde dicitur influiſſe ei ignorantiā. vn̄ ſicut ocul' in tenebris errat. ſic hodie miſer humanus intellectus. cum autem plene reſtituetur in lucez ſicut oculus videre poterit omne viſibile. ſic ītelligit oē intelligibile. g ¶ Ueritati offendēti. impietatis error. Contra Omnes homines natura ſcire deſiderant ſicut etiā eē beati Sed beatitudo neminem offendit. quia omnes eam deſide- 23
rant. ergo nec veritas offendit aliquem
Reſpon. Dicendū ꝙ eſt loq̄ de veritate q̄tū ad primū effectū q̄ eſt illūinare. ꝛ quātū ad iſtū nemo ipaz odit oēs eni naturalit̃ deſiderāt illūiari. Eſt iterū loq̄ q̄tū ad effectū cōſequen

tem qui eſt arguere. ⁊ hunc habet in malis. Manifeſtatio enim mali redarguit facientē. ⁊ inde ē ꝙ mali odiunt veritatē. Qꝛ ſicut dicitur Johannis. iij. Qui male agit odit lucem.
b ¶ Qui cōtentioni ſtudētes ꝯ veritatē ſine federe bellāt. Contra. ij. Eſdre. iiij. ca. Magna eſt veritas et fortioꝛ oībus. Ois terra ꝟitatē inuocat ⁊ oēs
14 tremūt eam. Reſpon. dicēdū eſt loq̇ de veritate ſimpliciter vel de veritate ꝙ̄tum ad ħ ſiue in ſpeciali. ꝑmo mō veritas eſt inexpugnabilis. ⁊ ideo preualet. ⁊ ſic intelligit̄ illud Eſdre Eſt iteruꝫ loqui de veritate ſcđo modo. ſic cōtingit eā ꝑ rationes fantaſticas obumbꝛari: ⁊ per cōtentionem impugnari. Uñ Ambꝛo. ſup illud verbuꝫ cōtētione. Roma. j. dicit. Contētio eſt ipugnatio veritatis cū cōfidentia clamoꝛis
i ¶ Ex teſtimonijs veritatis ineternū fundatis. Cōtra. j. Choꝛ. xiij. Scia deſtruetur ꝙ̄ ⁊ teſtionia. Rn̄. ꝙ teſtimonia veritatis ſūt ineternuꝫ fundata. Sicut dr̄ in ps̄. Initio cognoui de teſtionijs tuis ⁊c. Qđ obijcit̄. ꝯſcia deſtruet̄. Dicēdum ꝙ veꝝ eſt ꝙ̄tum ad
15 modum docendi et cōſiderādi. ſed nō ꝙ̄tū ad cognitū ⁊ rationē cognoſcendi. ps̄. Ineternum domine ꝑmanet verbum tuum ⁊c
k ¶ In quo maioꝝ exempla. Hec eſt pars vltima. i qua ponit magr̄ rōnes mouētes diſcipulos ad audiendū. Et diuidit̄ hec pars in ꝙ̄ttuoꝛ partes ꝫ ꝙ̄ttuoꝛ que mouent diſcipulos ad audiēdū. Duo que ſunt ex pte operꝭ. videlꝫ autoꝛitas ⁊ vtilitas: duo vero ex pte docētis ſcꝫ humilitas ⁊ facilitas. In pꝛima ꝑparat docilitatē ſclꝫ in autoꝛitate. In ſecūda in vtilitate ſuſcitat attētionē. In duobus autē ſequentibus ſclꝫ humilitate et facilitate captat beniuolētiā. In pꝛia
16 igitur parte oſtendit op⁹ ſuum eſſe autenticum. In

Rō deſſenſiōis hui⁹ erroris ſuꝑſticio mēdax ⁊ cōtentioſa locutio.

Rō cōponēdi opis eſt ſubuertio erroris.

ē magis placita ꝙ̄ docēda cōquirere. nec docēda deſiderare. ſed deſideratis doctrinā ꝯaptare. Habēt rationē ſapiētie i ſuperſtitiōe. qꝛ fidei defectionē ſeq̇tur hypocriſis mēdax. vt ſit vel iverbis pietas quā amiſerat cōſciētia. per ipſamqꝫ ſimulatā pietatē. oī verboꝝ mēdacio impiā reddunt falſe doctrīe īſtitutis. fidei ſāctitatē coꝛrūpere moliētes. aurīūqꝫ pꝛuriginē ſđ nouello ſui
h deſiderij dogmate alijs īgerētes. qui contentioni ſtudētes cōtra veritatē ſine federe bellant. Inter veri nāqꝫ aſſertionē ⁊ placiti defenſionē et ꝑtinax pugna ē dū ſe ⁊ veritas tenet. et ſe volūtas erroꝛis tuet̄. Hoꝝ igitur deo odibilē eccleſiaꝫ euertere atqꝫ oꝛa opilare. ne virus neq̇tie in alios effūdere queant ⁊ lucernā veritat̄ in candelabro exaltare volentes in laboꝛe multo ac ſudoꝛe
i hoc volumē deo ꝑſtante ꝯpegimus ex teſtimonijs veritat̄ ineternū fundatis. in ꝙ̄ttuoꝛ libꝛos diſtinctum.

☞ Rōnes mouentes diſcipulos ad audiendū ⁊ cuꝫ hoc oſtēdit op⁹ ſuū eē autēticū. c
k ¶ In q̄ maioꝝ exēpla doctrināqꝫ repies. in quo per dn̄ice fidei ſincerā pꝛofeſſionē. vipe ree doctrine fraudulentiā pꝛodidimus. aditū demonſtrāde veritatis ꝯplexi. nec periculo impie pꝛofeſſionis inſerti tēperato inter vtrumqꝫ mode

ſecunda compendioſum. ibi. Non igitur debet hic laboꝛ. In tertia oſtendit modum docendi eſſe humilem. in hoc ꝙ vult corrigi ibi. In hoc autem tractatu ⁊c. In quarta oſtendit eſſe facilē ad iueniēdū et memoꝛāduꝫ. ibi. Ut aūt qđ q̄rit̄ facil⁹ occurrat.
l ¶ Liberum coꝛrectoꝛem. Queritur quid vult dicere ꝑ hoc nomē liberum. Reſpon. dicendum ꝙ liber coꝛrectoꝛ dicit̄ ſicut homo liber qui ſui tantum cauſa eſt vt dicit phs. ſic coꝛrectoꝛ liber dicitur qui tantum gratia coꝛrectionis. non inuidie vel ſubſannationis coꝛrigit hunc deſiderat magiſter exēplo Auguſtini. ij. de trinitate capitu. j. Ubi dicit. Magis amabo inſpici a rectis ꝙ̄ timebo moꝛderi a peruerſis. gratanter enim ſuſcipit oſculum columbinum pulcherrima et caſtiſſima charitas. dentem vero caninuꝫ euitat cautiſſima humilitas vel retundit ſoliđiſſima veritas. magiſqꝫ optabo a quolibet repꝛehendi. ꝙ̄ ſiue ab errante ſiue ab adulante laudari.

¶ Explicit prologus.

# Diſtinctio. j.

De materia huius libꝛi ⁊ libꝛoꝛum diuiſione.

[V]Eteris ac noue legis continentiam. In pte iſta incipit tractatus libꝛi qui diuidit̄ i quattuoꝛ libꝛos ꝑtiales. Pꝛima pars habꝫ duas ptes. In pꝛima ꝑ
ramine vtentes. Sicubi vero paruꝫ vox noſtra inſonuerit. non a paternis diſceſſit limitibus. Non igitur dꝫ hic laboꝛ cuiꝙ̄ pigro vel multum docto videri ſuperfluus. cū mult̄ ipigris multiſqꝫ idoctis (iter q̄s etiaꝫ mihi ſit neceſſari⁹ loc⁹) bꝛeui volumine cōplicans patrū ſentētias. appoſitis eoꝛuꝫ teſtimonijs. vt nō ſit neceſſe q̄renti libꝛoꝛum numeroſitateꝫ euoluere. cui bꝛeuitas collecta qđ queritur offert ſine la boꝛe. In hoc autē tractatu. nō
l ſolū piū lectoꝛē. ſed etiam liberū coꝛrectoꝛem deſidero maxime vbi pꝛofunda verſatur veritatis queſtio. que vtinā tot haberet inuentoꝛes. quot hꝫ contradictoꝛes. Ut aūt qđ q̄ritur facilius occurrat titulos quibus ſinguloꝛum libꝛoꝝ capitula diſtinguūtur ꝑmiſim⁹.

☞ Tres libꝛos diuidit a q̄rto ꝑ res ⁊ ſigna. ⁊ cōfirmat diuiſionē autoꝛi. Augu. a

[V]Eteris ac noue legis cōtinentiā diligēti indagine etiā atqꝫ etiam cōſiderātibus nobis pꝛeuia dei gratia inotuit ſacre pagine tractatum circa res vel ſigna ꝑcipue verſari. vt enim egregius doctoꝛ Auguſtinus ait in libꝛo de doctrina xp̄iana. Ois doctrina. vel rerum eſt vel ſignoꝛum. Sed res etiā per ſigna diſcutitur.

vt cum dr̄ humanitas eſt humanitas. Sed oĩs ꝓpria predica-
tio eſt ꝑ inherentiã.qꝛ nihil eſt oĩno ſimplex.vnde hec eſt fal-
ſa humanitas eſt aĩalitas. In predicatione ſꝫ per inherentiã
terminus aliud ſignificat.ꝛ aliud ſupponit. Qꝛ ſignificat for
mam cõem.ꝛ ſupponit pro inferiori.ꝛ in tali verum eſt ꝙ illđ
qđ predicatur de altero.ſupponit ꝓ illo.ſed in predicatione ꝑ
identitatẽ idem ſignificat ꝛ ſupponit. Unde tunc eſt ſenſus ꝙ
ſignificatum ꝑ hunc terminum pater.eſt idẽ qđ ſignificatum
per hunc terminuꝫ eſſentia.ꝛ ideo paternitas eſt eſſentia.ꝛ qꝛ
hoc nomen eſſentia non ſignificat pſonaꝫ.ideo pro ipſa nõ ſup
ponit.cum nullo modo de ſeipſa predicetur.niſi predicatione
per identitatem. ¶ Ad illud qđ obijcitur tertio de paſſione ꝛ
ſubiecto ꝛ conſimilibus.dicendum ꝙ quedam ſunt vocabula 16
in diuinis ſubſtantialia.que claudunt intra ſe rem.circa quã
ponunt formã importatã per ipſa.vt hoc nomen pater ꝛ talia
poſſunt predicari per identitatẽ.vt cuꝫ dr̄ eſſentia eſt pater.i.
ille qui eſt pater. Quedã ſunt que ſunt oĩno inadiacentia. vt
generat.ꝛ genitus.ꝛ natus.ꝛ talia ponunt rem ſuam circa ea
de quibus predicantur.ideo tñ per inherentiam p̄dicant᷑. et
ideo generare ponit diſtinctionẽ quã importat circa eſſentiaꝫ
cum de ea dr̄.ꝛ ideo hec eſt falſa.eſſentia generat.hec tñ vera
eſſentia eſt generatio. Et qñ a predicatione per idẽtitatẽ itur
ad predicationem per inherentiam.poteſt eſſe ibi accidens.
Qđ ergo dr̄ de quocũqꝫ predicatur ſubiectuꝫ.ꝛ propria paſſio
iſtud habet inſtantiam vbi proprietas eſt extranea ei de quo
predicatur ſubiectum.vt hec intentio ſpecies.ꝗuis ſit ꝓprie-
tas hoĩs.ꝛ homo dicatur de petro non tñ dicitur de eo hoc ꝙ
eſt ſpecies. Et ſi obijcias.in diuinis non cadat ratio extranei
qꝛ non cadit ibi accidens. Dicendum ꝙ ſi non ſit extraneitas
nec diuerſitas quãtum ad rem eſt tñ quo ad rationẽ ſiue quo
ad modum predicãdi.qui tripliciter eſt in diuinis.ſicut infra
patebit. Unde ſicut hic eſt accidens.eſſentia eſt perſona. ſed 17
perſona diſtinguitur.ergo ꝛ eſſentia.ita in propoſito. ¶ Ad il
lud qđ vltimo obijcitur de hac eſſentia diuina eſt filij pr̄ diſti
guitur a ꝑpoſitiuo ꝙ pr̄ põt ponere ſuã rẽ ſiue reſpectum ꝑ ip
ſum importatum circa ipſum ſubiectum qđ eſt eſſentia.ꝛ tunc
eſt locutio falſa. Eſt enim ſenſus ꝙ eſſentia refertur ad filium
Uel põt claudere intra ſe rem ſui ſubſtantiui.vt ſit ſenſus.eẽn
tia eſt pater filij.i.eſſentia eſt ille qui refertur ad filium.ꝛ hoc
modo vera eſt locutio ꝛ non valet argumentum.ergo filius ẽ
filius eſſentie.immo eſt ibi accidẽs. Sicut enim non ſequitur
filius refertur ad illum qui eſt pr̄.ꝛ ille eſt eſſentia.ergo refer
tur vel diſtinguitur ab eſſentia.ſic ꝛ in ꝓpoſito.

## Queſtio.ij.

Utrum ſit concedẽduꝫ ꝙ aliquis gñe- B
tur de ſubſtantia pr̄is vt filius. Et ꝙ
ſic videtur per multas autoritates in littera.ꝛ maxime per il
lam dicit᷑ quocꝫ ꝛ frequẽter in ſcriptura legitur.pater de ſua
ſubſtantia genuiſſe filium.ſed ſcriptura non dicit niſi verum:
nec frequẽtat niſi proprium.ergo predictus ſermo eſt verus ꝛ
proprius. ¶ Itẽ ratione oſtẽditur ſic. Quicunqꝫ eſt ab alio.ꝛ
eſt ei conſubſtantialis.ergo eſt de eius ſubſtantia.ſed fili⁹ eſt
a patre.ꝛ eſt ei conſubſtantialis.ergo eſt de eius ſubſtantia.
¶ Itẽ pater generat filium.aut ergo de aliquo.aut de nihilo
Non de nihilo qꝛ tunc eſſet creatura.ergo de aliquo ꝛ non de
aliquo

aliquo alio a ſe. ergo de ſui ſubſtātia. ¶ Itē in inferioribus fi-
lius q̄ hʒ partē ſubſtātie a pr̄e. dꝛ eſſe de ſubſtātia pr̄is. ergo
multofortiꝰ q̄ hʒ totā ſubſtātiā dꝛ eſſe de ſubſtātia generātis.
ergo hec eſt vͣa. filiꝰ eſt de ſubā pr̄is. ¶ Cōtra. ꝓpoſitiōes ſūt
tranſitiue. ⁊ vbi trāſitio ibi ⁊ diſtinctio ⁊ diuerſitas. ergo cū
dꝛ filiꝰ de ſubſtātia patris. Hec ꝓpoſitio denotat diſtinctionē
inter ſubſtantiā pr̄is ⁊ filiū. ergo cū nulla ſit diſtinctio. qꝛ fi-
lius eſt ſubſtātia pr̄is. ꝓpoſitio p̄dicta eſt falſa. Si dicas ꝙ h̄
ꝓpoſitio de cadit a gn̄ali ſignificato ꝓpoſitionū. retinens ſpe-
ciale. ergo eſt ibi ſoloeciſmus. ſicut ſi dicatur ſublime volat ꝓ
18 ſublimiter. qd̄ ſtultū eſt dicere. ¶ Item obijcitur de ſignifica-
to ſpeciali. hec ꝓpoſitio de ꝑut accipitur ſpecialr̄ aliqñ tenet
materialr̄. vt cultellus de ferro. Aliqñ ordinalr̄ vt de mane fit
meridies. i. poſt mane. Aliqñ originalr̄. vt ſi dicatur, radiꝰ de
ſole vel ſplēdor de igne. Sed quocūqꝫ iſtoꝝ modoꝝ accipiat.
falſa eſt locutio. Si materialr̄ eſt falſa. qꝛ filius caret materia
Si ordinalr̄. falſa. qꝛ ſenſus eſt. ꝙ filiꝰ ſit poſt patrē. ſiue poſt
ſubſtantiam patris. Si originalr̄. ſimilr̄ falſa. qꝛ tunc eſt ſen-
ſus ꝙ filius habeat ortum a ſubſtātia patris. ſed iſta nō ad-
mittitur ſubſtātia patris generat filiū. ergo eſt oīno falſa. Si
dicas ꝙ nullo iſtoꝝ modoꝝ: ſed tenet quarto modo ſubſtātia-
liter. queritur vnde ortū habeat hec ſignificatio. ⁊ vbi ſilr̄ ac-
cipit. ⁊ vr̄ ꝙ h̄ nihil ſit. qꝛ tunc hec eſſet vera. pr̄ eſt de ſubſtan-
19 tia filij. quā nemo concedit. ¶ Itē hoc idē oſtendit ſic differt
hec ꝓpoſitio de ⁊ a. qꝛ a ꝓprie dicit habitudinē principij acti-
ui. ſed hec ꝓpoſitio de dicit habitudinē principij paſſiui ſʒ deo
⁊ eius ſubſtātie magis cōuenit ratio principij actiui q̄ paſſiui
ergo hec eſt magis vera filiꝰ eſt a ſubſtātia patris. q̄ de. ſed
hec nō recipit. g̃ nec alia dʒ recipi. ¶ Item de aut dicit idēti-
tatem. aut diuerſitatē. Si idētitatē. ergo cū ſumma idētitas
ſit in eſſentia vel ſubſtātia. hec erit vera. ſubſtātia ē de ſubſtā-
tia. quā negat magiſter. Si diuerſitatē. ſed nō diſtinguit ſub-
ſtantia patris a filio. qꝛ filiꝰ eſt ipſa ſubſtātia patris. ergo oī-
20 no eſt falſa. ¶ Reſpon. dōm ꝙ p̄dicta locutio eſt concedenda
⁊ ad intelligētiam predictoꝝ notādum ꝙ p̄ter predictos tres
modos qbus hec prepoſitio de accipitur. Quarto mō pōt etiā
accipi ſcʒ ſubſtātialr̄: vt dicat ſubſtantialē conuenientiā inter
extrema. ſed hāc nunq̄ pure dicit. cū ſit ꝓpoſitio. et importat
aliquā habitudinē ⁊ reſpectū ad extrema. Si eñ tm̄ ſubſtātia-
liter tenetur. ſicut dꝛ. filius de ſubſtātia patris. ita diceretur.
21 pater de ſubſtātia filij quod abſonum eſt. ¶ Propterea notā-
dum. ꝙ ſubſtantialr̄ accipi conſueuit tripliciter. Aliquādo eñ
accipitur ſubſtantialr̄ ⁊ partialiter. vt cū dꝛ. ꝙ partes ſunt de
toto. ſiue de ſubſtantia totius. vt vrceus vini de dolio. Aliqñ
accipitur ſubſtantialr̄ ⁊ ordinalr̄. vt cū dꝛ de pane fit corpꝰ xp̄i
ibi eñ eſt ordo. qꝛ ſubſtātia panis nō manet in corpore xp̄i. ſi-
cut nec mane in meridie. ſʒ vlterius ſubſtantialr̄. qꝛ ſubſtātia
panis tranſit in ſubſtantiā corporis xp̄i. Aliqñ dꝛ ſubſtantialr̄
⁊ originalr̄. vt cum dꝛ. filius de ſubſtātia pr̄is rōne ablatiui te-
netur ſubſtantialr̄. rōne genitiui originalr̄. ⁊ ideo importat a-
liquam diſtinctionē filij ad patrē non ad eius ſubſtantiam. et
ita ꝓpoſitio tenet ibi generale ſignificatū ⁊ ſpeciale. Et ſic pʒ
22 reſpōſio ad primū argumentū ⁊ ſcdm̄. Tamen quod dꝛ ꝙ ꝓpo-
ſitiones ſunt tranſitiue. nō intelligitur ꝙ notent ex hoc diuer-
ſitatem neceſſario. ſed ſicut dꝛ ꝙ obliqui ſunt tranſitiui q̄tum
ad modū: qꝛ tranſitiue conſtruūtur cū verbis vt videt me. Si-
militer hoc de prepoſitionibus dꝛ que etiā cū obliquis ꝯſtruū-
tur. Pʒ etiā tertiū ꝙ de. non tm̄ dicit habitudinē principij a-
ctiui. nec tm̄ habitudinē principij paſſiui. ſed habitudinē con-
ſubſtantialē. cum habitudine originis. qd̄ nō facit hec ꝓpoſi-
tio a. ⁊ ideo nō eſt ſimile. ¶ Ad illud qd̄ vltimo obijcitur. pʒ
rñſio. ꝙ nō dicit ibi penitus idētitatē nec diuerſitatē: ſed con-
ſubſtātialitatem cū habitudine originis.

Onſequenter circa ſecūdum articulū huius que-
ſtionis qui eſt ꝑ cōparationē generationis ad eſ-
ſentiā in rōne termini. duo queruntur. Primo que-
ritur vtrū ſubā ſiue eſſentia generet. Scdo vtrū
per generationem cōicetur.

z **Queſtio. j.** Qd̄ ſubſtātia generet. ſic obijcit. Gñā-
tio in inferioribus eſt motus ad ſubſtā-
tiam. ꝙ motus eſt. hoc eſt impfectionis ꝙ ad ſubām eſt hoc eſt
pfectionis. Si ergo qd̄ eſt pfectionis eſt transferendū ad di-
uina. ergo generatio terminatur ad eſſentiā. ¶ Item gñātio
in diuinis terminat: aut ergo ad ſubſtātiam aut ad accidens
qꝛ oē ens eſt ſubſtātia vel accidens. ſed in diuinis nō termi-
natur ad accidēs. cū nō ſit ibi. ergo ad ſubſtantiam. Si tu di-
cas ꝙ in diuinis quāuis nō ſit accidens. eſt tm̄ relatio que di-
ſtinguit a ſubſtātia. tūc arguit ſic. Aut gñātio terminabit ad
ſubſtātiam: aut ad relationē. ſed nō ad relationē. qꝛ in ad ali-
quid ꝑ ſe nō eſt origo nec terminat ꝓductio. ergo terminatur
ad ſubſtātiā. ergo ſubſtātia generat. ¶ Item ſicut dicit phs
mouentibus nobis mouent ea que in nobis ſunt et corruptis
nobis corrumpunt ea que in nobis ſunt. ⁊ hoc eſt qꝛ vniuerſa-
le hʒ idem eſſe cum ſingulari. ergo cū multomagis ſit eadem
ſubſtātia cū perſona ⁊ ſubſtātia ſit in perſona. ſi perſona gene-
ratur ⁊ ſubſtantia. ¶ Item generare tam in diuinis q̄ in crea-
turis eſt ſimile ſibi ꝓducere. ſed nō eſt ſilitudo in perſona. ſed
in ſubſtātia ⁊ natura. ergo cū terminetur ad ſimile. inq̄tum eſt
ſimile. ergo ad ſubſtantiam ſm̄ quā attenditur ſimilitudo.
¶ Contra. oē qd̄ generatur ab alio gñātur. qꝛ nihil ſeipſum
gignit: ſed ſubſtātia diuina nō hʒ aliū: nec aliud in diuinis. er-
go nō gñātur. ¶ Item oē qd̄ generat hʒ principiū a quo. ſed
oē qd̄ hʒ principiū eſt principiatū. ſʒ principiū ⁊ principiatū
diſtinguūtur. ſi ergo ſubſtātia gñātur. diſtinguit. aut ergo a
ſubſtantia. aut a perſona. ſed vtrūqꝫ eſt impoſſibile. ergo ⁊c.
¶ Item oē qd̄ gñāt eſt de ſubā generātis. ſi ergo ſubā vel eēn-
tia generat ſubſtātia vel eſſentia eſt de ſubā gñantis. ſed non
eſt niſi vna ſubſtātia. ergo idē de ſeipſo. quod eſt impoſſibile.
¶ Item gñātio eſt ꝓductio: ſʒ ꝓductio eſt quedā actio ⁊ oīs
actio creature terminat ad ſingularia. ergo cū gñātio ſit que-
dam actio. in diuinis terminabit ad ſingulare ſiue ſuppoſitū.
ſed tale nō eſt ſubſtantia. ergo non terminabitur ad ipſam.
¶ Reſpon. ꝙ gñātio de ſua cōi rōne ad ſubſtātiam terminat. 23
ſed attendēdum ꝙ ſubſtantia dꝛ duplr̄. Prima que eſt indiui-
duum ⁊ yppoſtaſis ſiue perſona ⁊ ſcda que eſt cōmune. dico er-
go ꝙ eſt loqui de termino gñātionis duplr̄. Aut q̄tum ad pro- 24
ductionē aut q̄tum ad intētionē. Quātum ad ꝓductionē cū
ſit circa ſingulare terminatur ad ſubſtantiā primā. q̄tum vͦo
ad intentionē. ad naturā cōem. qꝛ hec natura ꝓducens hunc
hominē intēdit formā cōem dare ei. Sed qm̄ in creaturis for-
ma cōmunis numeratur in ſuppoſitis: ideo in illis forma cō-
munis producitur ⁊ corrumpit: ⁊ ideo in creaturis gñātio nō
tm̄ ſm̄ intentionē. ſed etiā ſm̄ ꝓductionē ad ſubſtantiā cōem
terminatur: ⁊ ideo vniuerſale in ſingulari generatur: qꝛ natu-
ra ꝓducens hunc hoiem. intēdit formā cōem. qꝛ numeratur.
Sed qm̄ in diuinis ſubſtātia nō numeratur nec aduenit ei no-
uum eſſe. iō gñātio ſm̄ ꝓductionē terminat ſolum ad ſubſtan-
tiam primā que eſt pſona. Qꝛ pſona ſm̄ Boetiū eſt rōnalis na- 25
ture indiuidua ſubſtātia. qꝛ ⁊ illud ſolū dꝛ generari ꝓprie ad
qd̄ terminatur generatio ſm̄ rōnem ꝓducēdi. iō pſona gñātur
non ſubſtātia vel eſſentia. ⁊ iō hec nō recipitur. eſſentia gñāt.
et ſic patent oīa obiecta ad vtrāqꝫ partē ꝓcedunt eñ de diuer-
ſis vijs. Pʒ etiā quare in diuinis nō ſequitur. ꝙ gñāta perſo-
na. ſubſtātia generet. ſicut in creaturis. Poſſet tm̄ alr̄ dici ꝙ
nō generetur cōe. niſi vt in hoc. ⁊ nō tm̄ in creaturis hoc verū
eſt. ſed etiā in diuinis cōe aūt vt in hoc nō ſignificatur in abſ-
tractiōe. ſed in cōcretione. ⁊ iō qꝛ hoc nomen deus ſignificat
ſubſtantiam in concretione. ideo in concretione deus genera-
tur ⁊ deus generat deum. Qꝛ vero ſubſtantia vel eſſentia ſi-
gnificat in abſtractione. ideo nec generat nec generat. ⁊ ita ꝓ-
cedunt rationes ad partes oppoſitas. D

**Queſtio. ij.** ⁊ vltima. Utrū ſubſtātia ꝑ gñātionem
cōicetur. ⁊ ꝙ ſic vr̄ hoc mō. Per idem
res cōicatur. ꝑ qd̄ ſit in pluribus: ſʒ ſubā eſt in pluribus perſo-
nis ⁊ nō eſt niſi ꝑ gñātionē ⁊ ꝑ ꝓceſſionē. ergo ꝑ gñātionē cōi-
catur. ¶ Itē cā eſt. qua poſita ponit res. ⁊ q̄ remota remouet
ſed poſita emanatione in diuis ponitur cōitas ⁊ diſtinctio. re-
mota gñātione vel emanatione. eſſentia ē in vno ſolo ſicut ipo-
ſtaſis. g̃ gñātio eſt rō cōicandi eēntiā. ¶ Itē qd̄ dat alicui et
nō deſinit haberi a dāte ꝑ idē ꝑ qd̄ datur ꝑ illud cōicat. Sed
ſubā a pr̄e datur filio ꝑ gñātionē ⁊ nō deſinit hr̄i a patre dum
dat filio. g̃ ꝑ gñātionē cōicat. ¶ Itē gñātio in his inferiori-
bus eſt rō cōicandi ſubſtātiā ſiue naturā. ſed in diuinis natu-
ra eſt illis multo cōicabilior. qꝛ ſimplicior. ergo in diuis ꝑ ge-
nerationē ſubſtantia vel eſſentia cōmunicatur. ¶ Cōtra. Ge-
neratio eſt principiū diſtinguēdi ſed nō eſt idē pncipiū diſtin

guendi ⁊ cōicādi. ergo gñatio nō eſt ratio cōicandi in diuis.
ergo per gñationē nihil cōicatur. ¶ Item qđ facit aliud eſſe
in hoc. nō eſt rō cōicandi: ſed appropriādi ⁊ indiuiduādi. ſed
gñatio facit eſſe ſubſtātiā in tali pſoua. vtpote in pſona filij. g
nō eſt rō cōicandi. ſed appropriādi. ¶ Item p gñationē cōica
tur omē illud qđ p gñationē eſt cōe. Si ergo ſubſtātia p gña-
tionem cōicatur. p gñationē eſt cōis. Si ergo ſubſtātia p ge-
nerationē cōicaꝶ. gñatione circūſcripta nō erit cōis. ergo pro
pria. Sȝ ppriū p gñationē nō pōt cōicari. ergo nec ſubſtātia.
¶ Itē qđ p gñationē cōicaꝶ. p gñationē datur ⁊ recipiꝶ. ⁊ oē
tale: ſi nō eſt gñationi accidētale. generaꝶ ſed ſubſtātia nō ac-
26 cidit gñationi. ergo ⁊c. ¶ Rñ. ad hec intelligendū notādum
eſt ꝙ cōe q̄tū eſt de ſe indifferēter ſe hȝ ad actū ⁊ potentiam.
Cōe enī pōt dici illud qđ eſt cōicabile. q̄uis nō ſit in pluribꝰ.
ſicut pȝ in multis vniuerſalibus vt in ſole ⁊ luna ⁊ hmōi. Cōe
enī dr̄ cōicatū qđ eſt actu in pluribus. dico ergo ꝙ quēadmo-
dum forma vniuerſalis q̄tuȝ eſt de ſe cōicabilis eſt. ſȝ tñ actu
nō cōicaꝶ niſi p ppagationē vel aggregationē pluriū. ſic natu
ra diuina vel ēentia de ſe q̄dē cōicabilis eſt: ſȝ ꝙ actu cōicaꝶ.
nō eſt niſi p id qđ multiplicat vel plurificat ei ſuppoſita. Hec
aūt eſt gñatio. q̄n ergo p gñationē pſone plurificantur. ⁊ ſub
ſtantia in illis nō numeratur. hinc eſt ꝙ veriſſime ſubſtantia
vel eſſentia p gñationem cōicatur. q: per gñationem fit. vt ſit
27 in pluribus vna. ¶ Ad illud qđ obijciꝶ ꝙ gñatio eſt principiū
diſtinguēdi. dōm ꝙ gñatio eſt p ſe principiū diſtinguēdi: ſup-
poſitum a ſuppoſito. q: ad id terminaꝶ p ſe. ⁊ eſt principiū cōi
candi naturā cōem. q: conſimilē ex ſimili. Sȝ q̄n natura in in
ferioribus numeratur in ſuppoſitis. iō eſt principiū diſtinguē
di etiā cōmune: ſed p accidēs. in deo aūt nec eſt per ſe nec per
28 accidens. ¶ Ad illud qđ obijcitur ꝙ facere cōe eē in hoc. eſt
ratio appropriādi. dōm ꝙ illud hȝ veritatē. q̄n eſt cōe appro-
priabile vel appropriatū p eē in hoc. diuia aūt eſſentia non eſt
ſic appropriabilis vel appropriata p eē in hoc. q: nō eſt appro
priabilis quo ad ſignificatū. nec quo ad ſuppoſitū. q: idem ſi
gnificat ⁊ ſupponit. ſicut ſupra oſtēſum eſt. ſignificatū autem
eius nulla additione diſtinguitur. Hec enī eſt vera eſſentia pa
tris. ⁊ eſſentia que eſt in patre eſt filius. Uel aliter poteſt dici
29 ꝙ facere in hoc eſt duplr̄. aut abſolute. ⁊ ſic ē ratio appropriā-
di. Aut in cōparatione. vbi illud qđ erat priꝰ in vno fiat poſtea
in alio. ⁊ ſic eſt ratio cōicandi naturā. Sed quedā natura eſt
que diuiditur in ſuppoſitis. vtputa illa cui fit additio. quedā
nō vt diuina. ⁊ in prima eſt ratio cōicandi ⁊ diſtinguēdi. in di
uina ſolum cōicandi. ¶ Ad illud qđ obijcitur ꝙ ſi cōicaꝶ ſub-
ſtantia. fit p gñationem cōis ſubſtātia. dōm ꝙ verū eſt ſm ꝙ
cōe dr̄ ſm actum q: in pluribus. ſed nō ſm potentiā. vnde cir-
cūſcripta gñatione. ſubſtātia eſt cōis: q: cōicabilis. ſed nō eſt
30 cōis. q: cōmunicata. ¶ Ad illud qđ obijcitur. ꝙ p gñationem
datur generari. dicendum ꝙ falſum eſt. q: generari dicit pro-
ductionem ⁊ diſtinctionē. ſed datio dicit autoritatem ⁊ cōica
tionem: q: per generationem ſubſtantia non diſtinguitur. q̄-
uis cōmunicetur. ergo ⁊c.

## Diſtinctio. vj. De comparatione actus generandi ad potentiam.

Reterea queri ſolet vtrū pr̄ genuerit filiuȝ volūtate
⁊c. In parte iſta ponit magr̄ dubitationes emergen
tes ex cōparatione actus generādi ad potentiā. Et
q̄n ꝯtingit cōparari ad actū generādi ad pot ētiam
et potentiā generādi ad ſuppoſitū. ⁊ ex vtraq; cōparatione in
cidit dubitatio circa ēentie vnitatē: iō primo ponit dubitatio
nem ex cōparatione actus generādi ad potētiam. ſcđo ponit
dubitationē ex cōparatione potētie generādi ad pſonam. in-
fra diſt. vij. Hic ſolet queri a quibuſdā ⁊c. ¶ Item pma pars
que ꝯtinet pñtem diſtinctionem habet quattuor particulas.
¶ In prima proponit queſtionē. Utrū potentia vel virtus ge
nerandi ſit pducens neceſſitate vel volūtate. ⁊ determinat ve
ritatem huius queſtionis. Scđo ad iſtam queſtionē reſpōdet
contra hereticū hominem arguendo. ibi. Dicamus ergo ver-
bum dei eſſe filium dei. Tertio ſƀo opponit contra predictam
ſolutionem. ⁊ rñdet ibi. Sed ꝯtra hoc opponitur ſic. volūtas
dei ⁊c. Quarto ⁊ vltimo redit ad explanationem prime ſolu-
tionis. ibi. Predicta tamen vba quibus prudenter dictum eſt
vbi explanat ſolutionem prehabitam.

a ¶ Nec voluntate nec neceſſitate. Uꝶ inſufficiēs diuiſio. Oē

☞ Utrū potētia vel virtꝰ
generādi ſit pducens neceſſi-
tate vel voluntate. a

Reterea queri ſo
let vtrum pater ge
nuerit filiū volun-
tate an neceſſitate.
De hoc oroſius ad Aug. ita
ait. Uoluntate genuit pater
filium vel neceſſitate. ſed nec
a volūtate nec neceſſitate q: ne
ceſſitas in deo non eſt. p̄ire
volūtas ſapientiā nō potuit.
Quo circa aug. ait in. xv. li. đ
tri. Ridēda eſt dialetica euno
mij a quo eunomiani heretici
ci orti ſunt. Qui cū nō potuiſ
ſet intelligere: nec credere vo
luiſſet vnigenitū dei filiū vbū
dei eſſe natura. i. de ſubſtan-
tia pr̄is genitū. nō nature vel
ſubſtātie dixit eſſe filiū: ſed fi-
lium volūtatis dei. volens aſ-
ſerere accedētēȝ deo volūtatē
qua gigneret filium. ſicut nos
aliq̄n aliq̄d volumꝰ qđ antea
nō volebamus pp qđ mutabi
lis ītelligiꝶ nr̄a natura. qđ ab
ſit vt in deo eſſe credamus.

☞ Rñdet ad q̄nē ppoſi-
tam ꝯ̄ hereticū arguēdo. b

b ¶ Dicamus ergo verbū dei
eſſe filiū dei natura. nō volun
tate. vt docet aug. in. xv. li. de
tri. vbi quēdā catholicū here-
tico rñdentē cōmendat dicēs
c Acute ſane quidā reſpondit
heretico verſutiſſime interro
ganti. vtrū deus filiū volens
vel nolēs genuerit. vt ſi dice-
ret nolēs abſurdiſſima dei mi
ſeria ſequereꝶ. Si aūt volens
cōtinuo quod intēdebat con-
cluderet. ſcȝ nō nature eſſe fi-
lium ſed volūtatis. At ille vi-
gilantiſſime viciſſim queſiuit
ab eo. vtrū deus pater volens
aut nolēs ſit deus. vt ſi reſpō
deret. nolens ſequereꝶ gran-
dis abſurditas ⁊ miſeria. quā
de deo credere magna ē inſa-
nia. Si autē diceret volens re
ſponderetur ei. ergo ⁊ ipē vo
luntate ſua deus eſt. nō natu-
ra. Quid ergo reſtabat niſi vt
obmuteſceret ſua īterrogatio
ne. obligatū īdiſſolubili vincu
lo ſe vidēs. ¶ Ex p̄dictis do
cetur nō eſſe concedendum ꝙ
deus volūtate vel neceſſitate
vel volens vel nolens ſit deus

enī qđ deus facit. aut fa-
cit naturalr̄. ⁊ ſic neceſſa-
rio aut voluntarie. Si tu
dicas ꝙ ipē rñdet ad itel
lectū heretici. et hereticꝰ — Diſt. vj.
intelligit de volūtate an- — Qō.
tecedēte ⁊ neceſſitate ime — Reſpō.
mutabilitatis. Obijciꝶ ꝙ
oratio nihilominꝰ in ſe eſt
multiplex. Sȝ qui rñdet — Augu.
orōni multiplici. ſimplici
ter affirmādo vel negan-
do male reſpondet ſm ꝙ
dicit phs. ergo ⁊c. ¶ Re
ſpon. dicendū ꝙ Aug. re
ſpondet ſm intellectū he
retici. q̄uis autem oratio
in ſe ſit multiplex quia ta — Oplo
men hereticus in vno ſen — cuiuſdā
ſu eā accipit. iā multipli- — heretic
citas illa non faceret ad
ſoluendū. q: nō procedit
ſm illā. Sed diſtinctio p 1
poſitionis multiplicis q̄n
ſm illā multiplicitatē nō
cadit deceptio. magis eſt
ad oſtētationem q̄ ad ve
ram reſponſionem.
b ¶ Uerbū dei eſſe filiuȝ
dei natura nō voluntate.
Uidetur non bene dicere
quia pater alio eſt deus.
alio eſt pater quia diuini
tate eſt deꝰ ⁊ paternitate
eſt pater. vt dicit Augu.
Sed filius eſt deus natu
ra diuinitatis. ergo hac
non diceretur filius. ſed 2
ipſa filiatione. ¶ Reſpō.
dicendum ꝙ ille ablatiuꝰ
poteſt cōſtrui formaliter
⁊ ſic falſa eſt: quia forma
liter alio eſt deus ſcȝ na-
tura ⁊ alio filius. Poteſt
iterum conſtrui originali
ter ⁊ in ratione principij.
⁊ ſic vera eſt. ⁊ eſt ſenſus.
quia filius ortuȝ habet a
patre naturali.
c ¶ Acute ſane quidā rñ-
dit ⁊c. Cōtra Aug. cōmē
dat iſtā ſolutionē. que nō
eſt cōmendāda q: multi-
plicare incōueniēs nō eſt 3
ſoluere. ¶ Rñ. dōȝ. ꝙ eſt
ſolutio ad hoīem ⁊ eſt ſo-
lutio ad orationē ⁊ aliq̄n
meliꝰ ⁊ vtiliꝰ ē ſoluere ad
hoīem q̄ ad orōnē vtpu-
ta q̄n rñdēs eſt diſcolus.
⁊ nō vult intelligere veri
tatē. ⁊ q̄n aſſiſtentes ſunt
ſimplices ⁊ nō pñt cape-
re veritatē ⁊ ſubtilitatē:
iō q: hereticꝰ veritatē re-
ſpuebat ⁊ aduerſabaꝶ. id
circo aduerſanti erat ad-
uerſandū ⁊ tali mō q̄ ma-
gis p̄uareꝶ glīa. ⁊ aſſiſtē-
tes fallacia. Ideo cōmē-
dat iſtā reſpōſionem Au-
gu. ꝙ manifeſte opponen
tem ſua q̄ſtione ligauit.

Hunc ergo

# Diſtinctio VI

Hunc ergo modū reſpōdendi docuit dn̄s Mat. xxj. vbi dixit baptiſmus iohānis de celo erat an de hoībus ꝛc. ¶ Itē queri tur cū nō ſit rn̄ſum ad oratione. quō rn̄dendum ſit. vr̄ q diui ſio heretici ſit ꝑ immediata: q: velle ꝛ nolle opponunt ꝯtradi ctorie: inter que nō cadit mediū. ꝛ dicendū ad hec q hereticꝰ querit de voluntate accedente ſiue de antecedēte ꝛ tunc neutra pars eſt ve ra nec ſunt mēbra oppoſi ta contradictorie ſed con trarie. Nolle em̄ et velle dicunt actus voluntatis cōtrarios. inter quos ca dit mediuz. Aliq̄d em̄ eſt reſpectu cuius voluntas non hꝫ rationem cāe nec repugnātie et ita pꝫ illō. d ¶ Nam ꝛ p̄ſciētia vide tur falſuz dicere de ſcien tia dei. ꝛ p̄ſcientia de bo nis ꝛ malis. Dicit em̄ gl. ſuꝑ illud pſ. Que ignora bam interrogabāt me ꝛc. Ars neſcit viciū: ſꝫ in deo eſt ars artium. ergo ꝛc. Si dicas q neſcit per mo dum practicū ſed ſpecula tionis. Contra illud ſolū ſcit hoc modo quod in eo relucet. ſed in deo non re lucent mala. ergo ꝛc. ¶ Item vr̄ magiſter non ſoluere argumētum. mul tiplicare em̄ incōueniens nō eſt ſoluere. dicendum q ſicut recte dicit̄ deꝰ co gnoſcit mala ꝑ ſeipſuz ſic rectū iudicat de obliquo et lux de tenebꝛa. nec opꝫ q in deo luceat malum. ſed ſufficit q luceat ma li oppoſitum. ¶ Ad il lud q̄d obijcit̄ de ſolutio ne magri. dicendū q ſolu tionem non ponit: ſed in nuit cōtra arguēdo. q. d. ex illo. idē non poteſt in ferri ex altero. q: quāuis ſint idem in eſſentia. tn̄ di uerſa ſunt connotata. e ¶ Itē querit̄ de hoc q̄d dicit hylarius in notula. circa iſtum. §. Predicta tamē q ſancta eccleſia a nathematizauit eos q̄ di cunt deum non generare conſilio ꝛc. Videtur enim contradicere Damſ. dicen ti q: in deo non eſt conſilium q: conſiliuz eſt ignorātis nature. ¶ Reſpon. dicēdum q conſilium dicitur dupliciter. Uno mo do dicitur cōſulere accipere cōſilium. ꝛ ſic dicit ignorātiam. ꝛ ſimiliter conſilium dictum ad hoc. Alio modo conſulere dici tur dare conſilium. ꝛ hoc modo dicit ſcientiam ꝛ poteſt tranſ ferri ad diuina. Deus em̄ nullo modo accipit conſilium aliun de. Unde notādum q in conſilio duo ſunt. Eſt ibi cognitio rei occulte. ꝛ eſt ibi diſpoſitio firma. quoniā ergo in deo eſt veriſ ſima cognitio occultorum ꝛ inuariabilitas: ideo recte in ipſo dicitur eſſe conſilium. vnde Grego. deus mutat ſententiam. ſed non conſilium.

Ad euidētiam huius partis tria p̄ncipaliter querūtur Primo querit̄ vtrū gn̄atio filij ſit ſm̄ conditionē ne ceſſitatis. Scđo vtrum ſit ſm̄ rationem voluntatis. Tertio vtrum ſm̄ conditionem exemplaritatis.

hyla. in li. de ſino dis. eos q̄ dicūt de nō ex tātibus eē filiuz dei. ſilr̄ et eos q̄ dicūt q neq̄ ꝯſi lio neq̄ volunta te pr̄ ge nuerit fi liū. ana thematizat ſctā eccleſia. Item ſi q̄s nolē te pr̄e di carnatū filiuz a nathe ma ſit. nō enim nolente pr̄e coa ctus pr̄ vl' natu rali ne ceſſita te ductꝰ cum nol let genu it filiuz. ſed mox vt volu it ſine tē pore ex 4 impaſſi bilr ex ſe vnige nitū de mōſtra uit.

Item q voluntate vel neceſſi tate. vel volens vel nolens ge nuerit filium.

☞ Oppoſitio ꝯtra reſpō ſionem iam dictam. c

¶ Sed ꝯtra hoc opponitur ſic. Voluntas dei eſt natura: ſiue eſſentia dei: quia nō eſt a liud deo eſſe: aliud velle. ꝛ iō ſicut vna eſt eſſentia triū per ſonaꝝ. ita ꝛ vna volūtas. Si ergo deus natura deꝰ eſt. ꝛ vo luntate deus eſt. ꝛ ſi verbū dei d natura filius dei eſt. et volun tate filius dei eſt hoc autem facile eſt refellere. Nā ꝛ p̄ſcie tia dei ſiue ſciētia qua ſcit vel preſcit bona ꝛ mala diuina na tura ſiue eſſentia eſt. ꝛ p̄deſti natio ſiue voluntas eius ea dem diuina eſſentia eſt. nec eſt aliud deo ſcire ꝛ velle q̄ eſſe. ꝛ cū ſit vnuz ꝛ idem ſcientia dei vel voluntas. non tamen dici tur de voluntate quicquid di citur de ſcientia. ꝛ econuerſo. nec oīa illa ſua voluntate deꝰ vult. que ſua ſcientia ſcit cum ſua ſcientia nouerit tam bona q̄ mala. voluntate autem non velit niſi bona. Scientia q̄p pe dei ꝛ preſcientia de bonis eſt ꝛ malis volūtas vero ꝛ pre deſtinatio de bonis eſt tm̄. et tamen vnum ꝛ idem in deo eſt ſcientia et voluntas ꝛ preſcie tia et predeſtinatio. Ita cum vnum ſit natura dei ꝛ volun tas dicit̄ tn̄ pater genuiſſe fi liū natura nō volūtate. et eſſe deus natura non voluntate.

☞ Redit ad explanationē prime ſolutionis videlꝫ. qua liter intelligenda ſint illa ver ba. pater nec nolens nec volēs deus eſt. nec volēs nec nolens genuit filium. d

¶ Predicta tn̄ verba q̄bus prudēter dictū eſt q deꝰ pater nec volens nec nolēs eſt deus nec nolēs nec volens genuit filiū ſiue volūtate: ſiue neceſſi tate. ex tali ſenſu videntur ac cipienda vt voluntatē prece dentē vel accedētem intelliga mus qualr̄ eunomiꝰ intellige bat. Nō em̄ ipſe deus eſt volū tate p̄cedenti vel efficiēti. vel volēs priuſq̄ deus. nec volun tate p̄cedente vel accedēte ge nuit filiū. nec prius volens q̄ generās genuit filiū. nec priꝰ generās q volēs genuit filiū. volens tn̄ genuit: ſicut potēs genuit. ꝛ bonꝰ genuit filiū. et ſapiens genuit. et hmōi. ſi em̄ pater ſapiens ꝛ bonꝰ dicit̄ ge nuiſſe filium. cur nō ꝛ volens. Cū ita ſit deo idē eſſe volentē q̄d eſt eſſe deū. ſicut idē eſt eſſe ſapiētem quod eſt eſſe deum. Dicamꝰ ergo quia pater ſicut ſapiens. ita volens genuit fi lium. ſed non voluntate prece dente vel accedente. Quem ſenſum aperit Auguſtinus. ꝛ cōfirmat ita dicens ſuper epi ſtolam ad Epheſeos. De fi lio dei: id eſt domino noſtro ieſu chriſto ſcriptum eſt: quia cum patre ſemper fuit. ꝛ nun q̄ cum vt eſſet paterna volun tas preceſſit. Et ille quidem natura filius eſt.

Queſtio. j. Q̄d gn̄atio ſit ſm̄ cōditionē neceſſita tis ſic oſtendit̄. Fecūdioꝛ ꝛ actualioꝛ ē natura in patre ad producendū filiū. q ſit in luce ad ꝑducen dum radiū. ſꝫ lucē neceſſe eſt radiū ꝑducere ita q ꝑductio in ipſa eſt ſm̄ ꝯditionē neceſſitatis. ḡ multo fortiꝰ in patre reſpe ctu filij. ¶ Item oē quod emanat ab alio. emanat ſm̄ cōditionē neceſſitatꝭ: aut ꝯtingētie. ergo ꝛ filiꝰ emanat altero iſtoꝝ duo rum modorū. ſed non ſm̄ conditionē contingentie q: tunc contingens eſſet filium generari. ergo. ¶ Item ab oīpotente de trahere maximū poſſe eſt impoſſibile. ſed deus pa ter eſt oīpotens cuꝰ ma ximuz poſſe eſt generare filium. ergo detrahere ei poſſe generare filiū ē im poſſibile. Sed in eternis potētia eſt cōiūcta actui ergo pari ratione impoſ ſibile eſt auferre actū ge nerationis. ergo impoſſi bile ē nō gn̄are: ſꝫ impoſ ſibile nō eſſe ꝛ neceſſe eſſe cōuertunt̄. ergo neceſſe ē generare. ¶ Cōtra Aug. ad Oroſiuz ꝛ magiſter di cit in littera. Nec volūta te nec neceſſitate genuit pater filiuz: q: neceſſitas in deo non eſt. ideo ꝛc. ¶ Item hyla. in li. de ſy nod. Nō naturali neceſſi tate ductus pater genuit filium ergo nō fuit ibi ne ceſſitas naturalis. nec ne ceſſitas alia vt videtur er go ꝛc. ¶ Item nobilius ꝑducēs eſt illud q̄d dn̄a tur ſue actiōi q̄ q̄d ſubia cet. ſꝫ agens ſm̄ rationeꝫ neceſſitatꝭ ſubiacet actio ni. q: velit nolit opꝫ ipm̄ facere. ergo ſimplicit̄ pa ter qui eſt nobiliſſimū a gens nobiliſſimo mō pro ducit filiū. non igitur ſm̄ conditionē neceſſitatis. ¶ Itē hoc idē pōt oſtēdi ſic. Q̄d gratis datur non de neceſſitate datur. Sꝫ richar. dicit q in patre ē amoꝛ gratuitus. quo dat eſſe filio ꝛ ſpūiſancto ſi er go gratis dat. nō dat neceſſario. ¶ Rn̄. ad p̄dictoꝝ intelligē 5 tiam eſt notādum q multiplex eſt neceſſitas. Quedā em̄ ē ne ceſſitas ꝑueniens ex p̄ncipio diſcōueniente. Quedā ex p̄nci pio deficiente. Quedā ex p̄ncipio conueniēte ꝛ ſufficiente. Il la aūt q̄ ꝑuenit ex principio diſcōueniēte eſt duplex. Aut em̄ ē ex ipſo mouēte ꝯ naturā. ꝛ hec eſt neceſſitas violētie. Aut ꝯ vo luntatē. ꝛ eſt neceſſitas coactionis. ꝛ de illis duobꝰ modis q̄ rit hereticus q̄ ſunt valde vſitati. Illa filr̄ q̄ ē ex p̄ncipio defi ciēte eſt duplex. Aut em̄ ē reſpectu eiꝰ q̄ res eſt nata cōpleri. ꝛ h̄ ē indigētie neceſſitas vt cibi ꝛ potꝰ. ꝛ de hac dr̄ Iob. iij. Qui viderit fratrē ſuū neceſſe hr̄e ꝛc. Aut reſpectu eiꝰ q̄d icurrit ex ipo defectu. ꝛ h̄ ē neceſſitas ieuitabilitatis q̄lis ē in morte. ꝛ i p̄mis motibus hanc neceſſitatē incurrit hō ex carētia origina lis iuſticie. pſ. De neceſſitatibꝰ meis erue me. Tertia eſt ſimi liter duplex que eſt ex p̄ncipio ſufficiēte ꝛ conueniēte. Aut em̄

ex ꝓncipio ſufficiente in diſponēdo ⁊ hec eſt neceſſitas mate
rie diſpoſite. q̄ pt̄ dici neceſſitas exigētie. Aut in cōplēdo. ⁊ h̄
immutabilitatis eſt neceſſitas. Et h̄ vltimo mō neceſſitas ca-
dit in deo. ⁊ ꝓncipalr̄ i deo. q2 ipſe ſolus ē q̄ principalr̄ ſibi oi-
no ſufficit. ⁊ q̄ ſecū oino ꝯuenit. Hec aūt neceſſitas nō repugn̄t
libertati volūtatis: ſ3 ſolū vertibilitati. qualis nō eſt in deo.
¶ Ad illud qδ obijcit̄ de lr̄a. dōm. ꝙ illud intelligit̄ de neceſ-
ſitate coactionis. q̄ nullo mō cadit in deū. ⁊ de hac q̄rebat he
reticus. Siľr ⁊ hylari⁹ intelligit de hac eadē. vn̄ ſubiungit in
lr̄a. nō naturali neceſſitate. cum nollet. tūc ibi em̄ eēt coactio.
6 dū repugnaret volūtas. ¶ Ad illud qδ obijcit̄. ꝙ agens ꝑ ne
ceſſitatē ſubiacet ſue actiōi. dōm ꝙ falſum ē: niſi ſit neceſſitas
repugnās volūtati. Cū em̄ ē neceſſitas repugnās neceſſe ē vo
luntatē ſubijci. q2 nō pt̄ ꝑualere. S3 qn̄ ē neceſſitas ſumme cō
ſonās nō potēs diſcordare a volūtate. tūc nullā inducit ſubie
ctionē. ſicut p3. de⁹ neceſſario ē btūs. ⁊ neceſſario vult eē bea
tus. ⁊ ſicut neceſſariū eſt ipm̄ eē btm̄. ita ⁊ velle. ſic intelligen
7 dum eſt in gn̄atione filij. ¶ Ad illud qδ obijcit̄ de amore gra
tuito. dōm ꝙ duo ſunt in gratuito amore. vnū eſt qδ dat libe-
ralitate eterna ita ꝙ nulla eſt exigentia ſiue debitū meriti vel
nature. Aliud q2 dat ſine retributiōe. ⁊ q̄tum ad hoc ſcdm̄ dr̄
amor gratuitus i pr̄e. nō q̄tū ad primū. Nature em̄ fecūditas
patris neceſſario eſt ratio cōicandi naturam.

B **Queſtio. ij.** Utrū gn̄atio filij ſit ſm̄ rationē volun-
tatis. Et ꝙ nō. Uidetur primo per au
toritates. ſcdo per rationes. Primo oſtendit̄ per autoritatem
hylarij q̄ dicit in li. de ſinodis. oibus creaturis ſubſtantiā dei
voluntas attulit. ſed filio natura dedit. ¶ Item Augu. xv. de
trini. reprehendit eunomiū q̄ poſuit filium dei eſſe filiū volū-
tatis. ḡ ſi recte rep̄hendit gn̄atio filij nō eſt ſm̄ rationē volū-
tatis. ¶ Item rōnibus oſtēditur ſic. Generatio quātum eſt
de ſe eſt exitus naturalis. ſiue per moduȝ nature. Sed ille eſt
alius modus ꝓducendi q̄ per voluntatem. ergo ⁊c. ¶ Item fi
lius eſt ſapientia patris. ergo ſi p̄cedit ſm̄ rationem volūta
tis. voluntas eſt prior ſapia. ſed hoc eſt incōueniens. q2 cogni
tio ſm̄ rōnem intelligendi p̄cedit affectionē ſiue voluntatem.
¶ Sed ꝯtra. In oi natura ordinata potentia naturalis ſub-
iacet volūtati. vel ſaltē ꝯformatur voluntati. ſicut p3 in primo
hoie: ſ3 in deo eſt natura ordinatiſſima. ergo nihil a natura vľ
per naturā. qδ nō ſit ꝑ voluntatē. ¶ Itē conſiliis eſt modus ꝓ
ducendi in trinitate creata ⁊ in trinitate increata. ſ3 in imagi-
ne noticia oritur mediāte volūtate a mente. ergo fili⁹ a patre
mediāte volūtate ſiue ꝑ voluntatē. Minor p3 per Aug. ix. de
tri. Partū mentis p̄cedit appetitus. quo dū q̄rendo inuenim⁹
qδ noſſe volumus. naſcitur ꝓles ipſa noticia. ¶ Item vbi eſt
maior cōicatio ibi eſt liberalitas maior. ſed pater plus cōicat
filio q̄ oibus creaturis: ergo maior eſt ibi liberalitas. ergo cū
creature ꝓcedant ꝑ modū liberalitatis. multomagis filius et
ſic ⁊c. ¶ Item in creaturis exiſtentibus in actu gn̄ationis ſi-
mul mouet natura ⁊ volūtas. ⁊ nihil ex hoc filio derogatur ḡ
ſi pr̄ magis ꝓducit ſm̄ ſe totū q̄ creatura. ergo multofortius
per naturā ⁊ voluntatē. ¶ Item ad hoc eſt autoritas Hyla. in
iij. de trini. pater ante om̄e tempus filiuȝ ꝓcreauit om̄e qδ eſt
deus ꝑ charitatē natiuitati ei⁹ impartiens. ſi per charitatē. er
go per voluntatē. ¶ Itē Orige. loquens de mēte diuina dicit
8 germen ꝓferens volūtatis ſit verbi pater. ergo vr̄ ꝙ fili⁹ ge-
neretur a pr̄e ꝑ volūtatem. ⁊ ꝙ ſit filius volūtatis. ¶ Rn̄. di-
cendum ꝙ voluntas pōt dupľr conſiderari reſpectu voliti. ſc3
vt in rōne approbātis ⁊ diligētis. ⁊ ſic eſt reſpectu ois boni. ſi
ue ſit neceſſariū. ſiue ſit cōtingens. ſiue creatū ſiue increatū. ſi
ue ab alio. ſiue nō ab alio. vt p3. Hec em̄ vera eſt. pater vult ſe
eſſe deum. Alio mō conſideratur vt in ratione ꝓducentis. Et
hoc dupľr aut prout eſt principiū diſtinctum contra naturam.
ſm̄ ꝙ dicitur. ꝙ alia ſunt natura. alia voluntate. aut prout eſt
coniunctum. Si prout eſt principiū diſtinctum ſic diſtinguit̄
voluntas dupľr. ſc3 accedens ⁊ antecedens. voluntas acce-
dens eſt qua aliquis de nō volēte ſit volens. hec nō eſt in deo
nec reſpectu dei. deus em̄ nō habet aliam nouam voluntatem
nec reſpectu ſui. nec reſpectu alterius. Uoluntas antecedens
p̄cedit effectū cauſalitate ⁊ duratione. hec quidē eſt in deo.
ſed nō reſpectu dei. ſed reſpectu creature ſolū. oēs em̄ diuine
perſone ſunt ſimul. Alio modo prout voluntas cōſideratur vt
principium cōiunctū nature. poteſt eſſe dupliciter. q2 tunc na
tura ⁊ voluntas ſunt principiū. aut igitur natura eſt ꝓducēs
principaliter voluntate cōicante: aut econuerſo. Utrūq3 enim
principaliter eſſe non poteſt. Si voluntas eſt principiuȝ cum
cōicante natura. ſic eſt ꝓceſſio ſpūſſancti qui procedit per mo
dum amoris tn̄ ſimilis in natura. Si vō natura eſt principiuȝ
cū cōicante voluntate. ſic eſt generatio filij qui ꝓducitur vt oi
no ſimilis ⁊ ꝑ modū nature. nihilomin⁹ vt dilectus. ⁊ ideo di-
citur ꝙ ſibi in eo complacet pater. Et. ij. Pe. j. dicit̄ filius di-
9 lectionis. ¶ Ad illud qδ obijcitur in cōtrarium. ꝙ generatio
eſt per modū voluntatis. ſiue ſm̄ rationeȝ volūtatis. dicendū
ꝙ hoc intelligitur aut de volūtate approbāte. vt oſtendūt due
autoritates Hyla. ⁊ orige. aut de voluntate cū cōicante. vt ra
10 tio que poſita eſt primo. ¶ Ad illud vō quod obijcitur de ſimi
litudine imaginis. dicendū ꝙ in hoc eſt diſſimilis imago crea
ta ipſi trinitati increate. vt dicit Aug. xv. de trini. q2 ibi nō na
ſcitur verbū per inquiſitionē ſicut poteſt naſci in nobis. vnde
11 potius valet ad oppoſitū q̄ ad ꝓpoſitum. ¶ Ad illud qδ obij-
citur ꝙ maior eſt cōicatio in generatione filij ⁊c. Dicendum
ꝙ maior communicatio vel minor non facit modum emanan-
di eſſe ſm̄ liberalitatē vel ſm̄ modū voluntatis ſed modus ſi-
ue ratio cōicandi. Et q2 pater cōicat creaturis per voluntatē
ita ꝙ voluntas eius eſt cauſa ꝓducens filiū per fecūditatem
nature. iō nō ſic dr̄ filius produci per voluntatē ſicut creature
¶ Ad illud qδ in generatione hois ſimul mouet natura ⁊ vo-
luntas. dicendū ꝙ hoc eſt propter defectuȝ magis q̄ propter
cōplementū. q2 pater per ſe nō pōt gn̄are: ſed ex cōicatione cū
C alio diſtante: qδ ſit ad imperiū voluntatis. de⁹ autē alio adiu
uante non indiget. ⁊ ideo non eſt ſimile.

**Queſtio. iij.** ⁊ vltima. Utrū gn̄atio filij a patre ſit
ſm̄ rōnem exemplaritatis. Et ꝙ ſic
vr̄ hoc modo. ſup illud pš. Semel locutus eſt de⁹. glo. i. filiuȝ
genuit. in quo oia diſponit. ſed diſpoſitio eterna dicit rōnem
exēplaris. ergo ſi filius ꝓcedit vt v̄bū procedit per modū exē
plaritatis. ¶ Item generatio filij a patre eſt ſimilis produ-
ctioni noticie ex mēte. ſ3 noticia ꝓcedit ex mēte ſm̄ rōnē exem
plaris. q2 exēplar eſt rō cognoſcēdi. ḡ ⁊c. ¶ Itē qδ eſt imago
in ꝓducto. hoc eſt exēplar in producēte. Qn̄ em̄ productū ex-
preſſe repn̄tat. imago dr̄. Siľr cū producens expreſſe repn̄tat
exēplar dr̄. ergo cū fili⁹ procedat vt imago. eadem rōne ꝑ mo
dum exemplaritatis. ¶ Itē om̄e principiū cognitiuū rei pro-
ducende ꝓducit ſm̄ rōnem exemplādi. ſed pater eſt principiū
filij cognitiuū. ergo producit filiū ſm̄ rōneȝ exēplaris. Si di-
cas ꝙ illud nō ſufficit. imo neceſſe eſt ꝙ exēplar ⁊ exēplatum
differant in forma ⁊ natura. hoc nihil eſt q2 ſi homo dū gene-
rat hoiem poſſet talē generare qualē cogitat. tūc generatio il
la nō tm̄ eſſet ſm̄ naturā. ſed etiā ſm̄ exēplar. Sed pr̄ oino ꝓ-
ducit filiū vt ſciuit ⁊ voluit. ḡ ⁊c. Si dicas ꝙ nec illō ſufficit.
ſed neceſſe eſt exēplar p̄cedere. Obr̄. Si deus ab eterno creaſ
ſet mundū ꝑ impoſſibile. nihilominus mūdus eſſet ꝓduct⁹ ſm̄
rōnem exēplaritatis. ¶ Cōtra in inferioribus. agens ꝑ natu
ram. ⁊ agēs ꝑ exēplar ex oppoſito diuidunt̄ ſicut natura ⁊ in-
tellect⁹. ḡ qδ ꝓducit̄ ſm̄ naturā. nō ꝓducit̄ ſm̄ rōnem exēpla-
ritatis. ſ3 fili⁹ ſm̄ naturā ꝓducit̄ a patre. ergo ⁊c. ¶ Itē om̄e
ꝓducens aliud ſm̄ rōnem exēplaritatis. ꝓducit ſm̄ rōnem vo
luntatis. Sed pater [vt oſtēſum eſt ſupra] nō ꝓducit filiū per
voluntatē ergo ⁊c. ¶ Itē forme nō eſt forma. ergo nec exēpla
ris exēplar: ſed filius eſt ars ⁊ exēplar oim. ergo nō h3 exem-
plar in pr̄e. ergo nō ꝓcedit ſm̄ rōnem exēplaritatis. ¶ Itē qδ
eſt in alio ſm̄ veritatē nō eſt in illo ſm̄ exēplar: ſed fili⁹ ē in pa
tre ſm̄ veritatē. ergo nō ꝓcedit ſm̄ rōnem exēplaritatis. ergo 12
⁊c. ¶ Rn̄. dicendū. ꝙ ſicut ꝓcedere per modū voluntatis ⁊ li-
beralitatis eſt dupliciter. vno em̄ modo ꝓcedit per modū libe
ralitatis ipm̄ qδ nō eſt liberalitas. ſ3 qδ ſit vel dat̄ ex liberali
tate. ⁊ ſic creature ꝓcedūt a deo. Alio mō ſicut id qδ eſt ratio
liberalitatis. vt amor. ⁊ ſic procedit ſpūſſctūs vt amor. qui eſt
donum in quo oia dona donantur. Sic ꝑ modū exēplaritatis 13
eſt procedere dupliciter. Uno modo ſicut exēplatum ꝓprie. ſic
creatura ꝓcedit a deo. tanq̄ exemplatū ab exēplari. et ſic im-
portat exēplar cauſalitatē formalē reſpectu exēplati. Alio mō
dr̄ ꝓcedere per modū exemplantis. ſicut rō exemplandi. et ſic
videtur ꝓcedere ipſe filius. qui dr̄ verbū patris quo ſe nō tm̄
loquit̄ ſed etiā cetera diſponit. Un̄ filius ſm̄ Augu. vij. de tri-
nita. dicitur plena ars oim rōnum viuentium. Et hinc habet
ortum illud

ortum illud qđ ꝯſueuit dici. ꝙ qui negat ydeas eē negat filiū dei eſſe. Et ille modus ꝓcedēdi ſm exēplaritatē nō repugnat ꝓceſſui naturali. iō non pōt eſſe niſi naturalis. Aliꝰ vō modus repugnat ꝓceſſui naturali eſt ēm ſm voluntatis imperiū. ita ꝙ ꝓducēs ⁊ productū differūt ſicut cauſa ⁊ cauſatū. Sed vnū ſm veritatē nō eſt in alio vn̄ rōnes inducte ad hāc partē ꝓcedunt ſm hanc viā. ⁊ ſm hanc verū ꝯcludūt. ſm aliā vō nl'la ꝯcludit. immo ad oēs ſoluendum eſt ꝑ interēptionem. (Diſ. vij. queſtio.) ¶ Ille aūt que obijciunt in ꝯtrarium. oēs ꝓcedunt ſʒ aliam viā qꝛ dicūt ꝙ ꝓcedit ſm modū exēplaritatis. qđ eſt rō exemplādi. qđ pʒ qꝛ ſumunt̄ a ratiōe eterne diſpoſitiōis cognitiōis ⁊ imaginis. Ultima vō ratio ꝯcludit ꝙ ꝓcedit ꝑ modū exēplaritatꝭ: ſicut exemplatū ⁊ ꝑterea ſoluēda eſt ꝑ interēptionem. (Rñ ad qõnem.) ¶ Ad illud qđ obij-
14 citur ꝙ oē principiū rei ꝓducende ſi hʒ cognitionē producit ꝑ exēplar. dicēdum eſt ꝙ illud falſū eſt niſi rō cognitiōis ꝑcedat ita ꝙ hʒ ꝓcognitionē ſaltem ſm rōnē cāe ad effectum q̄ ordinatio exigit eēntialē diuerſitatē. ſiue ſpecialē ſiue ſubſtātialē. Exēplatū eñ ſm ꝙ exemplatū nō eſt in exēplante ſm veritatē. ſed ꝑ ſimilitudinē que inquā ſimilitudo cum ſit ratio cognoſcendi exēplandi. dꝛ exē-
15 plar. Procedit ergo filiꝰ ſm rōnē exēplaritatis nō ſicut exēplatū ꝑ exēplar: ſed ſicut ipm exēplar vel rō exēplandi cetera. Et ſi tu obijcias ꝙ exēplar cōmune eſt toti trinitati. Rñdit ad hoc. Altiſiod. de mūdo architipo ſiue de ydeis. ꝙ ydea ſiue mūdꝰ
16 architipus nō tñ appropriatū eſt ipſi filio. verūetiā propriū. Uel aliter poteſt dici: qꝛ ſm ꝙ exēplar dicit rōnem cognoſcēdi. ſic cōmune eſt toti trinitati ⁊ appropriatur filio. ſicut ſapientia. ſm vō vltra hoc dicit rationē emanādi ſic eſt proprium filij. ⁊ ſic importatur per hoc nomen vbum. vt melius patebit infra.

☞ Utrū poſſe ⁊ velle gn̄are ſiliter cōparent̄ ad pſonam patris ⁊ filij. a

Hic ſolet queri a quibuſdā vtrū pater potuerit vel voluerit generare filium. a Si eñ inquiūt potuit vel voluit generare filium. ergo potuit aliqđ ⁊ voluit: quod nec voluit nec potuit filiꝰ. Nam filius nec potuit nec voluit generare filiū. Cui verſutie facile reſpōdemus dicētes poſſe vel velle generare filiū nō eſt aliquid poſſe vel velle ſubiectum potētie vel volūtati. eſt tñ aliqua potētia vel volūtas ſcʒ poſſe vel velle gignere filium. ⁊ ideo diſtinguenda eſt intelligentia propoſiti verbi. poſſe vel velle gignere filium ⁊ poſſe vel velle aliquid. Ne- b q; eñ generatio filij aliquid eorū eſt. que ſubiecta ſunt diuine potentie ⁊ voluntati. nec eſt aliquid inter omnia vel de oībus: ſed ſuper omnia ⁊ ante omnia. Non eñ ante voluit vel potuit q̄ genuit. ſicut nec ante fuit q̄ genuit. qꝛ ab eterno fuit ⁊ ab eterno genuit. Ex filij quoq; hoc videre poſſumus. pater eñ poteſt eē pater: ⁊ vult eſſe pater. filius aūt nec pōt nec vult eſſe pater. ergo pater poteſt vel vult eē aliquid quod nō pōt vel vult eē c filiꝰ nō ſequit̄: qꝛ eſſe patrem nō eſt eē aliqđ. ſed poteſt eſſe ad aliquid. vt in ſequēti oſtendetur.

☞ Obiectio contra reſpōſionem iam dictam autoritate Auguſtini. b

¶ Sed vehementer nos mouet quod Auguſti. ait in primo lib. contra maximinū. qui aſſerebat patrē potētiorē eſſe filio. eo ꝙ filiū genuit deum creatorē: filius aūt non. dicebatq; patrē potuiſſe gignere nō filiū. ⁊ ideo potentiorē eē filio. Ad quod rn̄dens auguſtinus dicere videtur ꝙ filius etiā potuit gignere. volēs oſ̄dere patrē eſſe nō potentiorē filio. his vbis. Abſit vt ideo potentior ſit pater filio: ſicut putas. qꝛ creatorē genuit pater. filius autem non genuit creatorem. neq; enim non potuit ſed non oportuit. vide et diligenter attende hec verba. non enim non potuit. ſed non oportuit. Videtur eñ dicere ꝙ filius potuit gignere. ſed non oportuit. ⁊ ita potuit qđ nō oportuit. Quare autē nō oportuit ſubdit dicēs. Immoderata eñ eſſet diuina generatio ſi genitus filius nepotē gigneret patri. quia ⁊ ipſe nepos niſi auo ſuo pronepotem

# Diſtinctio. vij.

De cōparatione potētie generādi ad perſonam.

Hic ſolet queri a quibuſdā vtrū pater potuerit vel voluerit ⁊c. In pn̄ti diſtin. ponit magiſter dubitationē ex cōparatione potentie generādi ad perſonā. vtrū ſcʒ ſicut eſt in perſona patris ita ſit in pſona filij. Et hʒ hec pars duas. ¶ In prima magiſter querit ⁊ determinat vtrum filius poſſit generari. In ſcđa vtrum potentia generādi ſit in filio ibi. Itē queritur a quibuſdā ſi pater potēs ſit ⁊c. Item prima pars hʒ quattuor particulas. In prima mouet queſtionē. vtrū poſſe ⁊ velle generare. ſimilr̄ comparentur ad perſonam patris ⁊ filij. Scđo opponit ꝯtra ſolutionē ꝑ autoritatē Aug. ibi. Sed vehemēter nos mouet ꝙ Augu. ⁊c. Tertio opponit ꝯ̄ predictā autoritatē per rōnem ibi. Hoc aūt non vī a quibuſdam. Quarto redit ſupra dictā autoritatem exponens. ibi. Quomō ergo accipitur quod ſupra dictum eſt.

¶ Item pars ſcđa huius diſt. in qua querit magiſter vtrum potentia generādi ſit in filio. hʒ duas particulas. Primo querit ⁊ determinat hanc queſtionē vtrū aliqua potētia ſit in patre que nō in filio. Si eñ pr̄ natura potēs eſt generare filium ⁊ filiꝰ nō. patet ⁊c. Sol. ad hanc queſtionē reſpondit magr̄ ꝙ oīno eadē eſt potentia in patre ⁊ filio. Sed qꝛ hoc erat dubiū. ideo opponit cōtra predictā ſolutionē. et determinat per diſtinctionē. (Obiectio.) Scđo reſpondet ad ꝑmā queſtionē diſtinguēdo vtrū ſcʒ filius habeat potentiā generādi. ibi. Ita etiā cū dꝛ filiꝰ nō hʒ ⁊c. Si eñ intelligatur actiue falſus eſt intellectus ſcʒ ꝙ filius poſſit generare. Si vō intelligit̄ paſſiue ſcʒ ꝙ habet potentiam qua poſſit generari vera eſt. Et fundatur illa diſtinctio ſm alios ſup hoc. ꝙ li. generādi poteſt intelligi in ſignificatione paſſiua vel actiua. (Rñ. ad obiectionem.) Si in paſſiua. tūc vera eſt. ⁊ eſt ſenſus filius hʒ potētiam generādi. i. potentiā qua generatur. Sʒ in actiua pōt eſſe duplr̄. qꝛ poteſt eſſe gerūdium vbi perſonalis ⁊ tunc hʒ ſuppoſitū determinatū. ⁊ eſt falſa. Eſt eñ ſenſus filiꝰ hʒ ⁊c. i. filius hʒ potētiam qua ipſe filiꝰ generat. Uel impersonalis. ⁊ tunc non hʒ certū ſuppoſitum ⁊ eſt locutio vera. Eſt eñ ſenſus filius hʒ potētiam generandi. i. hʒ potētiam qua aliquis generat. tñ hunc ſenſum nō ponit magr̄. (Augu.) a ¶ Si eñ inquiunt. Dubitatur de ſolutione magiſtri qua hic innuit non ſequitur. paṫ poteſt gn̄are quod non filius. ergo poteſt aliquid qđ nō filiꝰ. Et reſpondet ꝙ poſſe generare nō eſt poſſe aliqđ ſubiectū diuine potētie. Sed hoc nō videt̄ ſoluere ſed aggrauare argumentum. Cum eñ generare eum poſſe. ſit poſſe maximū videtur ꝙ maius incōueniens ſequatur. ⁊ magis derogetur potētie filij ſi in hoc deficit q̄ſi cum generare filium eſſet aliquid ſubiectum potētie diuine. Reſpon. dicēdum ꝙ magiſter bene ſoluit. Potentia eñ patris hʒ comparari ad inferius. ⁊ ad equale. ſed ad ſuperius non. cum careat ſuperiori. Cum comparat̄ ad inferius: tūc eſt potētia eſſentialis ⁊ eſſentialr̄ tenta: qꝛ connotat effectū ſeu reſpectum in creatura ⁊ reſpectu talis potētie inconueniēs eſſet ꝙ aliquid poſſet pater qđ non poſſet filius: qꝛ tunc differrēt per eſſentiaꝫ. Cum autē comparatur ad equale. vt ad pſonam. cum trahitur ad pſonā ⁊ tunc nullū inconueniēs eſt. ſi aliqua ꝓprietas pſonalis eſt in patre que nō eſt in filio. iō nō ſequit̄ ꝙ aliqua potētia ſit in patre que nō ſit in filio. b ¶ Gn̄atio filij ⁊c. non eſt de oībus. Videt̄ eñ Richar. de ſancto victore dicere cōtrariū q̄ dicit ꝙ qꝛ oīpotēs eſt. excuſari nō pōt quin filiū genuerit: ergo gn̄atio filij continet̄ ſub oīpotētia: ergo filius inter oīa continetur ⁊ eſt. Rñ. dōm ꝙ ſicut dicit magr̄ gn̄atio filij nō ꝯtinet̄ ſub oīpotētia niſi acciperet̄ oī potētia per appropriationē. Et qđ dicit Richar. nō intelligit̄ tanq̄ filiꝰ ſit inter oīa. ſʒ tanq̄

ante oīa. vñ arguit ex po
ſteriori. Si em̄ emanatio
nature ſm rōnē intelligē
di p̄cedit emanationē ſm
rōnē volūtatis nunq̄ de⁹
eſſet potēs ꝓducere crea
turā p voluntatē niſi etiā p
duxiſſet filiū p naturam.
c ¶ Eſſe patrē. nō eſt eſſe
aliquid. Cōtra. q2 cum in
ter aliq̄d ⁊ nihil nō cadit
mediū. ſi pater nō eſt eſſe
aliquid ergo eſſet nihil.
3 ¶ Rñ. eſſe aliquid dr̄ du
pliciter vl̄ cōiter ad eſſen
tiam ⁊ pſonā. ⁊ ſic non ca
dit mediū ⁊ i hoc ſenſu eē
patrē eſt eſſe aliq̄d. Alio
mō ꝓut trahit̄ ad eēntiā.
⁊ ſic cadit intereſſe aliq̄d
⁊ eſſe nihil mediū. ſc3 eſſe
aliquē pſona em̄ p̄dicat̄:
vt quis non vt quis.
d ¶ Si enim naſci potuit
potuit eē fili⁹ ⁊c. Videt̄ il
la illatio magr̄i nō valere
q2 in creaturis vbi magis
differt relatio a ſuppoſi-
to. pōt dici q̄ idē filius po
teſt eē alteri diſſilis: ſine
ſui mutatione: ergo cū fi-
liatio ⁊ ſpiratio ſint rela-
tiones. pari rōne fili⁹ po
terit eſſe ſpūſſctūs. ⁊ ecō-
uerſo ſine mutatiōe. Item
oē mutabile eſt aliq̄d p̄e
ter illō ſm qō mutat̄ vt ſi
non albū fiat albū ē aliō
q̄ albedo: ḡ ſi intelligat̄
ſpūſſctūs mutari ſi gene-
retur: tūc aliud eſſet i eo
gñatio. aliud ille qui gña
tur. ſed hoc eſt falſum. ḡ
⁊c. ¶ Rñ. ſecus eſt in re-
lationib⁹ creature ⁊ dei.
4 q̄m relationes in creatu-
ris nō dant relatiuis exi
ſtere. vñ ſine illis pōt res
eſſe ⁊ cū illis. In diuinis
aūt dant perſonis exiſte-
re. ⁊ iō ſi in pſonis intelli
gat̄ q̄ ꝓprietas inſit ypo
ſtaſi itelligit̄ eſſe yposta-
ſis ⁊ ſilr̄ ſi intelligit̄ non
ineſſe intelligit̄ yposta ſis
nō eſſe. cū ergo ſpūſſctūs
nō poſſit ſimul ſpirari ⁊ ge
nerari: q2 quāuis vna pſo
na poſſit duobus modis
ꝓducere. tñ vna pſona nō
pōt niſi vno modo ꝓduci
ſequitur de neceſſitate ſi
poteſt ſpūſſctūs eſſe fili⁹
vel potuit. poteſt nō eſſe
ſpūs. ſiue non ſpirari. ⁊ ſi
potuit non ſpirari potuit
non eſſe. ⁊ iteru3 ſi potuit
generari potuit eſſe. ⁊ ita
potuit fieri de ente non
ens. ⁊ ō nō ente ens. ac p
h̄ mutari. ⁊ ſic p3 vltimū.
q2 non dr̄ mutari propter
diuerſitatē proprietatum

gigneret: ſm veſtrā mirabile3
ſapientiā. impotens diceret̄.
Similr̄ etiā ille ſi nepotē non
gigneret auo ſuo et ꝓnepotē
proauo ſuo nō a vobis appel
laretur oipotēs. nec impleret̄
generatiōis ſeries. ſi ſemper
alter ex altero naſceretur nec
eam perficeret vllus. ſi nō ſuf-
ficeret vnus omnipotēs. Ita
q̄3 oipotētem genuit filiū pa-
tris natura non fecit.

Obiectio cōtra autori
tatē p̄dictā per rōnem. c

¶ Hoc aūt vr̄ quibuſdā non
poſſe ſtare. ſ. q̄ filius potuerit
gignere. Si em̄ potuerit fili⁹
gignere. potuit eē pr̄. ⁊ ſi po-
tuit eē pr̄. potuit ḡ eſſe pr̄ vel
ſui vel pr̄is. vel ſpūſſcti. vl̄ ali-
cuius ali⁹. S3 alicuius alius
nō. q2 nullus ali⁹ ſemper fuit.
Nec pr̄is. q2 pr̄ eſt ingenitus
⁊ innaſcibilis. Nec ſui: q2 nul
la res ſeipā3 gignere pt̄. Nec
ſpūſſcti q2 naſci nō potuit. Si
d em̄ naſci potuit. potuit eſſe fi
lius ⁊ ita mutabilis eē potuit.

Reſponſio autoritate3
predictam exponens. d

¶ Quō ergo accipiet̄ qō ſu
pradictū eſt. nō em̄ nō potuit
gignere ſ3 nō oportuit. q̄ſi po
tuit. ſ3 nō oportuit. Nō ē no-
bis pſpicuū aperire quō ſit h̄
verū. ⁊ ideo ſub ſilētio potius
eēt p̄tereūdum. niſi me ſup h̄
aliq̄d loq̄ cogeret inſtātia q̄-
rentiū. Pōt ergo ſic intelligi
Nō em̄ nō potuit: ſ3 nō opor
tuit id eſt nō ex impotētia ſui
fuit q̄ filius nō genuit. ſed ei
nō cōueniebat. ſicut de⁹ filius
nō eſt de⁹ pater. nec tñ hoc ex
impotētia ſui eſt. Nā et pater
ſilr̄ nō eſt fili⁹. nec hoc ē ex im-
potentia patris. Sed querit
maximinus arrianor3 epyſco
pus. Unde ergo eſt q̄ pater
nō poteſt eſſe filius. vel filius
pater. Non vtiq̄3 ex impoten
tia. ſed pater ꝓprietate gene-
rationis pater eſt qua opor-
tet eū nō eſſe filiū. ⁊ filius ꝓ-
prietate natiuitatis filius eſt.
qua op3 eū non eſſe patrē. de
quibus ꝓprietatibus poſtea
plenius tractabitur.

Utrum pater natura ſit
potens gignere filium ⁊ an h̄
ſit aliqua potentia que nō ſit
in filio. e

¶ Iterū queritur a quibuſ-
dam. Si pater potens ſit na-
tura gignere filiū. ⁊ an hec ſit
aliqua potētia que non ſit in
filio. Ad quod dicimus q̄ pa
e ter non eſt potens niſi natura
eius enim potentia natura eſt
vel eſſentia. At inquiunt illi.
Si potens eſt gignere. habet
ergo potentiā gignēdi. filius
aūt nō h3 potētiam gignendi
ſi nō pōt gignere. habet ergo
aliquam potētiam pater quā
non habet filius. Non ſequi-
tur. Eādem enim potentiam
habet penitus filius quam ⁊
pater qua pater potuit gigne
re. ⁊ filius gigni potuit. Ea-
dem enim potentia eſt in filio
qua potuit gigni. que eſt i pa
Utrū hec proprietas conueniat deo in ſummo. id eſt vtrū diuinū eſſe ſit adeo verū ꝙ nō poſſit cogitari nō eſſe. Et ꝙ ſic vr̄ per Anſel. qui dicit ꝙ deꝰ ſcḋm cōem animi acceptionē eſt quo nihil maius cogitari pōt. Sed maius eſt qđ non pōt cogitari non eſſe ꝙ̄ quod pōt. ergo cū deo nihil maius cogitari poſſit. diuinum eſſe ita eſt ꝙ nō pōt cogitari nō eſſe. Item Dam̄. dicit ꝙ cognitio eſſendi deū nobis naturalr̄ eſt impreſſa. ſed naturales imp̄ſſiones nō relinquūt nec aſſueſcūt in ꝯtrarium. ergo veritas dei impreſſa menti humane eſt inſeparabilis ab ipſa. ergo nō poteſt cogitari nō eſſe. ¶ Itē maior eſt veritas in eſſe diuino ꝙ̄ in aliqua dignitate. ſꝫ aliq̄ dignitas ita eſt vera ꝙ nō eſt ei cōtradicere corde. vt oē totū eſt maius ſua parte. ⁊ ſimilia. Unde nō poteſt cogitari nō eſſe. ergo multofortius hoc erit verū dicere de prima veritate. ¶ Item intellectus noſter nihil intelligit niſi ꝑ primā lucē ⁊ veritatē. ergo oīs actio intellectus que eſt in cogitādo aliq̄d eſſe eſt ꝑ primā lucē. ſed ꝑ primā lucem nō ꝯuenit cogitare primā veritatē nō eſſe. ergo. ¶ Itē quod nō ꝯuenit enūciare hoc nō ꝯuenit cogitare. ſꝫ nō ꝯuenit enunciare primā veritatē nō eſſe. ergo nec cogitare. Probatio medie. oīs ſermo enūciatiuꝰ aſſerit ſe eſſe verū. vn̄ ſequit. Si hō eſt aſinus. hominē eſſe aſinū eſt verū: ſed oē qđ ponit veritatē ponit primā veritatē: qꝛ oīs veritas infert illā. ergo oīs ſmo aſſerit primā veritatē eſſe. ergo ⁊c. ¶ Itē oīs ſermo enūciatiuus aut affirmatiuꝰ eſt. aut negatiuꝰ. ſed affirmatiuꝰ affirmat hoc de hoc. qꝛ ſequit. ſi eſt ens. qđ eſt hoc. eſt ens qđ nō eſt hoc. qꝛ cum dico ens hoc. dico ens limitatū. finitū ⁊ artatū. ⁊ tali poſito. ponit ens ſummū. ergo oīs ſermo affirmatiuꝰ circa creaturam infert deū. ¶ Itē negatiuꝰ ſilr̄. qꝛ nullus ſermo eſt magis negatiuus ꝙ̄ iſte. nulla eſt veritas. Sed Augu. in ſolilo. ꝓbat ꝙ ſermo iſte ponit primā aliquā veritatē eſſe. Qꝛ ſi nulla veritas eſt. verū eſt nullā veritatem eē. ⁊ ſi hoc eſt verū. aliq̄d ē verum. ⁊ ſi aliq̄d eſt verū. aliqua veritas eſt. ergo ⁊c. Sꝫ ꝯ Dam̄. dicit intm̄ preualuit ꝑniciosa hoīm malicia. vt dicat deū nō eſſe. ſcḋm illud pſ. Dixit inſipiens ⁊c. ¶ Item idolatra dicit ꝙ non eſt alius deus niſi idolū. ⁊ hoc credit ⁊ cogitat. ſed cōſtat idolum non eſſe deū. ergo ⁊c. ¶ Item oē illud quo intellecto nō eſſe pōt aliq̄d intelligi. pōt cogitari non eſſe. Sed dicit Boetius in li. de ebdomadibus. ꝙ intellecto ꝑ impoſſibile ſummū bonū nō eſſe. adhuc pōt aliq̄d intelligi. rotūdum ⁊ albū. ergo ſilr̄ in ſummo vero ⁊ ſic poterit cogitari nō eſſe. ¶ Item illud quod maxime nos latet de facili pōt cogitari nō eſſe. ſꝫ veritas diuini eſſe eſt hmōi. qꝛ deus habitat lucē inacceſſibilē. ergo ⁊c. ¶ Item quero quid eſt dicere deū nō poſſe cogitari nō eſſe. Si qꝛ non pōt aliquo modo cogitari. nec vere nec falſe. illud eſt manifeſte falſum. Si qꝛ nō pōt vere. ſilr̄ nec aīa nec celum ⁊c. hmōi. ¶ Itē qđ ꝯtingit exprimere. contingit ⁊ cogitare. ſꝫ ꝯtingit exprimere diuinum eſſe nō eſſe. ergo ⁊ cogitare. Qꝛ contingat hoc pꝫ cū dꝛ in ſpāli. deus nō eſt. ⁊ in gn̄ali nihil eſt. ⁊ ꝙ neutra iſtaꝝ inferat deū eſſe. pꝫ qꝛ oppoſitū nō infert oppoſitū ⁊ ꝙ nihil ponit nihil infert. quelibet aūt iſtarū

nihil ponit. ¶ Rn̄. dicēdū ꝙ aliq̄d cogitare nō eſſe eſt duplr̄ 21
Aut in ratione falſi. ſicut cogito de hac. homo eſt aſinus ⁊ hoc cogitare nihil aliud eſt ꝙ̄ quid eſt quod dꝛ intelligere hoc mō poteſt cogitari non eſſe veritas diuini eſſe. Alio modo eſt cogitare cum aſſenſu. ſicut cogito aliquid non eſſe ⁊ credo nō eſſe. ⁊ hoc modo aliq̄d cogitare nō eſſe quod eſt. poteſt venire aut

ex defectu intelligētis aut ex defectu intelligibilis. Defectus 22
autem intelligētis eſt cecitas vel ignorantia. ob quā. qꝛ ignorat rem. ideo cogitat ipſam non eſſe. Conuenit aūt duplr̄ eſſe cogitationem de aliquo ente. videlꝫ ſi eſt. ⁊ quid eſt. Intellectus aūt noſter deficit in cogitatione diuine veritatis ꝙ̄tum ad cognitionē quid eſt. tn̄ nō deficit quātum ad cognitionem ſi eſt. Unde Hugo. Deus ab initio ſic cognitionē ſuā in homine tēperauit vt ſicut nunꝙ̄ quid eſſet poterat ab hoīe cōprehēdi. ita nunꝙ̄ qꝛ eſſet poterat ignorari. Qꝛ ergo intellectus noſter nunꝙ̄ deficit in cognitione dei ſi eſt. ideo nec pōt ignorare ipſum eſſe. ſilr̄ non cogitare non eſſe. Qꝛ vō deficit in cognitione quid eſt. ideo frequēter cogitat deū eſſe. qđ non eſt ſicut idolum. vel non eſſe quod eſt ſicut deū non iuſtum. ⁊ quia qui cogitat deum non eſſe quod eſt vt non iuſtum: per conſequēs cogitat ipſum nō eſſe. ideo rōne defectus intellectus. deꝰ pōt cogitari nō eſſe. ſiue ſumma veritas non tn̄ ſimplr̄ ſiue gn̄aliter. ſed ex conſequēti. ſicut qui negat beatitudinē eſſe in deo. negat eam eſſe. Hoc aūt modo ꝓcedunt rōnes ꝓbantes ꝙ aliquis intellectus cogitat vl̄ cogitari pōt diuinum eſſe nō eſſe. Alio modo poteſt cogitari aliquid nō eſſe propter defectum a parte intelligibilis. ⁊ hmōi defectus pōt eſſe duplr̄. Aut defectus p̄ſentie. aut defectus euidētie. Defectus p̄ſentie. vtpote qꝛ nō ſemꝑ. qꝛ nō vbiq̄ꝫ. Aut qꝛ ſemꝑ ⁊ vbiq̄ꝫ non vbiq̄ꝫ totalr̄ Qꝛ nō ſemꝑ eſt. aliq̄n eſt. aliq̄n nō. ⁊ iō aliq̄n vere pōt cogitari nō eſſe. Silr̄ de eo quod nō eſt vbiq̄ꝫ. qꝛ eadē rōne qua poteſt cogitari non eſſe hic poteſt cogitari non eſſe alibi. Silr̄ de eo ꝙ ſcḋm partē adeſt. ſcḋm partē abeſt. Deus autē eſt ſemꝑ ⁊ vbiq̄ꝫ ⁊ totus ſemper ⁊ vbiq̄ꝫ. ideo non poteſt cogitari non eſſe. Hanc rationem aſſignat Anſel. in lib. contra inſipiētem. Non ſolum propter defectum preſentie. poteſt cogitari aliquid nō eſſe. ſed etiam propter defectum euidentie. quia non eſt euidens in ſe. nec eſt euidens in probando. Sed diuini eſſe veritas eſt euidens ⁊ in ſe ⁊ in ꝓbādo. In ſe qꝛ ſicut principia co‑

gnoſcimus inquãtuʒ terminos ⁊ q: cauſa pdicati clauditur in ſubiecto. ideo ſcipſis ſunt euidentia ſic ⁊ in propoſito. Nã deus ſiue ſumma veritas eſt ipſum eſſe quo nihil melius cogitari põt ergo nõ põt nõ eſſe. nec cogitari nõ eſſe. Pdicatuʒ eñi claudit in ſubiecto. Nec tñ hʒ euidẽtiã in ſe. ſed etiã ex pbatione q̃ diuinã veritatẽ eſſe pbat ⁊ cõcludit oĩs veritas ⁊ natura creata. q: ſi eſt ens. p pticipationẽ ⁊ ab alio. eſt ens p eſſentiã ⁊ nõ ab alio. Probat etiã ipſam ⁊ cõcludit oĩs intelligẽtia recta. q: oĩ aĩe ei⁹ cognitio eſt impreſſa. ⁊ oĩs cognitio eſt per ipſam. Probat iterũ ipſam ⁊ cõcludit oĩs ꝓpoſitio affirmatiua. oĩs eñi talis aliq̃d ponit. ⁊ aliquo poſito ponit verũ. ⁊ vero poſito ponit veritas q̃ ẽ cã oĩs veri. Propoſitio autẽ negatiua nõ infert ipſam niſi ſophiſtice vt dicũt. Vñ ex hoc ꝙ eſt nihil eẽ vel nullã veritatẽ eſſe: nõ cõtingit cõcludere nec inferre veritatẽ eſſe. Hec eñ ꝓpoſitio nihil eſt. deſtruit oẽʒ veritatẽ: ⁊ iõ ad ipſaʒ nõ ſequit aliqua affirmatiua: ⁊ hec eſt falſa ſi nihil eſt. nulla ꝓpoſitio eſt nec aliq̃d. Aug. aũt tale argumentũ nõ facit approbãdo ſʒ inq̃rẽdo. Cõcedẽdũ eſt ergo ꝙ tãta eſt veritas diuini eſſe: ꝙ cũ aſſenſu nõ pt cogitari nõ eſſe niſi ꝓpter ignorãtiã cogitãtis q̃ ignorat q̃d eſt qð p nomẽ dei
13 dr. Et pcedẽde ſunt rõnes ad hoc lʒ aliq̃ ſint ſophiſtice. ¶ Ad illud ergo qð obijcit in ꝯtrariũ in tantũ pualuit ⁊c. dicẽdũ ꝙ Dam. loq̃tur de cogitatiõe que venit ex ſecatiõe qð ptʒ ex ipſo verbo ei⁹ cũ dicit malicia. ¶ Sĩr ad illud de ydolo. dicẽdũ ꝙ ideo errat. q: ignorat q̃d ſit: vñ nõ cogitat deũ nõ eẽ i vniuerſali. ¶ Ad illud qð obijcit. ꝙ intellecto deo non eſſe põt. alia nõ eſſe intelligi. dicẽdũ ꝙ boetius loq̃tur de intellectu quo p impoſſibile aliq̃d cogitamus: ſʒ nõ aſſentimus. Ad illud quod obijcit ꝙ maxime nos latet. ptʒ rñſio ꝙ maxĩe nos latet q̃d eſt: ſed tñ maxime ptʒ. ſi eſt. ¶ Ad illud qð obijcit q̃d eſt dicere diuinã veritatẽ nõ poſſe cogitari nõ eẽ. dicendũ ꝙ aliq̃s nõ põt credere ꝙ deus nõ ſit dũmodo vtat ratiõe. Nõ ſic de creaturis. Q: ⁊ ſi certũ eſt. vnã creaturaʒ eſſe vni. nõ tñ oĩbus. quia nõ eſt veritatis tãte. vt ſe omnib⁹ offerat equaliter ſicut pma
14 veritas. ¶ Ad illud qð obijcit. ꝙ cõuenit exprimere cõuenit ⁊ cogitare. dicendũ ꝙ põt accipi cogitare generaliter pro actu mẽtis ſiue errãtis ſiue nõ. ſiue aſſentientis. ſiue nõ. ⁊ tunc eſt illud verũ vel pro cogitatiõe cũ aſſenſu tunc eſt falſum. q: dignitatibus. i. ppoſitionibus per ſe notis contingit rationeʒ contradicere quantũ ad exterius. non tamen quantum ad interius. vt dicit philoſophus in lib. poſteriorum.

C Onſequenter ſcðo loco eſt qð de ſcða ꝓprietate diuini eſſe. ſ. immutabilitate. De q̃ duo querunt. Primo queritur vtruʒ immutabilitas ſit in deo. Secundo vtrum ſit proprietas dei.

C **Queſtio. j.** Q: immutabilitas ſit ĩ deo oſtẽdit hoc mõ. Oĩs mutatio aut eſt ſm ſbam. aut ſm accidẽs. ſed de⁹ nõ mutat ſm ſubſtãtiã. q: oẽ tale eſt corruptibile. De⁹ aũt ſiue diuĩa ſuba cum nõ habeat pncipiũ eſt incorruptibilis. g̃ ⁊c. ¶ Itẽ nec ſm accidens q: in deo nõ ẽ accidẽs. g̃ nulla in eo eſt mutatio. ¶ Itẽ oẽ qð mutat p pri⁹ eſt in potẽtia. ꝙ in actu. ⁊ ĩ tali differt act⁹ a potẽtia. ſed de⁹ eſt purus actus. ergo nullo modo mutatur. ¶ Itẽ fiat deductio Richar. oĩs mutatio aut eſt in ſtatũ meliorem. aut deteriorẽ aut parẽ. ſʒ nullo iſtoꝝ modoꝝ mutat diuina natura. Q: nõ in meliorẽ. q: veriſſime eſt. Non in deteriorem: q: a ſemetipſa eſt. Non in equalẽ q: pfecta eſt. g̃ nullo mõ ꝯuenit diuĩo eſſe mutabilitas. ¶ Cõtra. Sap. vij. oĩbus mobilib⁹ mobilior eſt ſapia. g̃ ⁊c. Si dicat ꝙ ſapia dr mobilis per cãm eo ꝙ facit alia moueri. Cõtra. nihil dat qð nõ hʒ. ſʒ deus dat oĩbus motũ. g̃ motus vel mutatio maxime ẽ in deo. ¶ Itẽ oẽ qð nũc eſt aliq̃d qð nõ fuit pri⁹ eſt mutatũ. ſʒ fili⁹ dei hõ eſt ab eterno aũt nõ fuit hõ. ergo eſt mutat⁹. Si dicas ꝙ hõ p̃dicatur de filio dei. nõ p inherentiã. ſed p vniõnẽ. ⁊ vnio ẽ relatio ⁊ relatio aduenit ſine mutatiõe. vt de nũmo ſit p̃ciũ. vt dicit Aug. in. v. de tri. ¶ Cõtra. Amb. ita arguit ꝯ hereticũ qui poſuit filiũ ex tpe genitũ a pẽ. q: ſi hoc. tũc fact⁹ eſt nõ de patre pr̃ ergo mutat. ergo ſilr in ꝓpoſito. ¶ Itẽ quicũq̧ de non agẽte ſit agẽs mutat mutatiõe q̃ eſt ab ocio in actuʒ: ſʒ de⁹ de nõ creãte fact⁹ eſt creãs. g̃ eſt mutat⁹. Si dicas ꝙ de⁹ de non agẽte ſit agẽs nõ pp mutationẽ ſui ſʒ pp mutationẽ effect⁹ pducti. ſicut ſol de nõ illuminãte ſit illuminãs. Cõtra nõ quia creatura eſt. iõ de⁹ creat. ſʒ q: de⁹ creat creatura ſit ſiue pducitur. Per pri⁹ eſt g̃ deũ agere ꝙ creaturã fieri. g̃ cũ poſterius nõ ſit cã prioris. nõ q: creatura ſit de nõ ente: ens de⁹ ſit de nõ creãte creãs: ſʒ ecõuerſo ⁊ ita mutatio eſt rõne agẽtis nõ effectus. ¶ Itẽ de⁹ aliq̃d vult qð prius nõ voluit. q: ex tpe voluit creare qð nõ voluit ab eterno. ſʒ quicũq̧ vult aliquid qð non pri⁹ voluit mutatus eſt. ergo ⁊c. Si tu dicas ꝙ ab eterno voluit creare mundũ in illo inſtãti. ſicut ego volo audire miſſam cras. Cõtra volũtas dei eſt cã rerũ prima ⁊ imediata: ſed poſita cã prima ⁊ immediata. ponit effect⁹. g̃ ſi ab eterno voluit ab eterno mũdus fuit. ¶ Rñ. dðm ꝙ ſicut dicit boeti⁹. de⁹ ſtabilis manẽs dat cũcta moueri. vñ diuina eſſentia eſt imutabi- 15
lis. Nõ eñ mutat loco. q: vbiq̧ eſt. Nõ tpe q: eternitas ſimul eſt. Nõ forma. q: purus act⁹ eſt. Vñ mutationẽ ſm formã tollit ſimplicitas. ſm tps tollit eternitas. ſm locũ tollit imenſitas. ⁊ iõ in deo eſt ſumma ſtabilitas. ⁊ inde oĩs motus cauſalitas. Q: ſicut pbat Aug. ⁊ vult phs. Oĩs mot⁹ ꝓcedit ab immobili. vt cũ mouet man⁹ ſtat cubitus ⁊ mouet cubit⁹. ſtante humero. q: g̃ dei ſapia eſt ſtabilis. iõ oĩa mouet. ¶ Qð obijci- 16
tur g̃ de ſapia. ꝙ dr mobilis. dðm ꝙ mobile dr actiue de ea q: facit motũ nõ paſſiue. ſicut ſenſibile de aĩali. ¶ Et ad illð qð obijcit. nihil dat alteri qð nõ hʒ. dicẽdum ꝙ triplex eſt aliq̃d 17
hñre. ſ. formalr. exẽplariter. cãlr. ⁊ q̃libet iſtoꝝ modoꝝ qð hʒ dare põt. Primo aũt mõ non hʒ deus motũ. ſed ſcðo ⁊ tertio ſic. ¶ Ad illud qð obijcit de relatione dðm ꝙ relatio cũ dr de nouo de neceſſitate ponit mutationẽ in altero extremoꝝ. nec opʒ 18
ꝙ in vtroq̧. ideo iſta relatio que eſt pſone ad pſonã. ponit mutationẽ in altera pſonaꝝ. ⁊ vna mutata mutat ⁊ reliqua. q: eadem ſunt eſſentia. iõ de neceſſitate ſi de nõ patre fieret pr̃ mutaretur. Relatio aũt eſſentie ad eſſentiã nõ de neceſſitate ponit mutationẽ. niſi in altero extremoꝝ. Quia cũ diuerſe ſint eſſentie. põt vna mutari altera non pmutata. iõ in relatione ad creaturã ſemp intelligit in creatura facta mutatio nõ in deo. Tñ ꝓprie loquẽdo ſicut alibi patebit. de⁹ nõ refert ad creaturam niſi ſʒ dici ⁊ modũ loquẽdi. Poſſet tñ alr dici ſicut ſupra tactũ eſt ſimile. q: relatio pſonalis dat perſone exiſtere. nõ ſic aũt relatio ad creaturã. ⁊ ideo ſequitur ſi incipit eſſe pater. incipit eſſe. Non autẽ ſequitur hic. deus incipit eſſe homo. igitur incipit eſſe. et ideo bene valet argumentum Ambro. ꝙ ſi pater incepiſſet gignere. ꝙ eſſet mutat⁹. q: incepiſſet eſſe. non q: ab vno ſtatu in alterũ mutat⁹ eſſet. ¶ Ad illud qð obijcitur 19
q̃ñ de nõ agẽte ⁊c. dðm ꝙ eſt agens qð eſt ſua actio ⁊ eſt agẽs qð non eſt ſua actio. Agens quod non eſt ſua actio ſic agit. ꝙ inter ipm ⁊ effectũ cadit mediũ qð diſponit ipm. ⁊ tale agens nunq̃ ſit agẽs de nõ agẽte quin mutet. q: nouũ q̃d ſibi aduenit. Sʒ agens qð eſt ſua actio agit ſeipſo. ⁊ iõ inter ipm ⁊ effectum nõ cadit aliqð mediũ ipm diſponẽs. ⁊ iõ cũ de nõ agente ſit agẽs. q: nihil nouũ ſibi accidit. iõ non mutat. tale agẽs deus eſt. ¶ Ad illud qð obijcit de volũtate. dðm ꝙ cauſa pro- 20
xima ⁊ immediata dicitur triplr. Aut reſpectu ſubſtantie. aut diſpoſitionis. aut actus. Reſpectu ſubſtãtie. cũ inter eam ⁊ effectuʒ nõ cadit alia ſubſtãtia media cauſans. Reſpectu diſpoſitionis. cũ nõ addit noua diſpoſitio ad effectũ pducendũ. Reſpectu actus q̃ñ actui ꝯiungit. Dico ergo ꝙ dei volũtas fuit cã prima ⁊ imediata ab eterno reſpectu ſubſtãtie ⁊ diſpoſitionis. ⁊ nõ reſpectu actus. q: actui nõ ꝯiungitur volũtas. niſi p tpe in quo vult agere. vt ptʒ cum dr. volo cras legere. volũtas non copulatur actui. niſi pro tempore craſtino.

**Queſtio. ij.** Vtrũ immutabilitas ſit diuine eſſentie ꝓprietas. ita ꝙ nulli creature cõueniat. Et ꝙ ſic vr̃. Q: j. Thi. vj. dr de deo ꝙ ſolus hʒ immortalitatem. Et aug. dicit ꝯtra maximinũ. In omni natura mutabili. nõnulla mors eſt ipſa mutatio. ergo ſi ſolus deus habʒ immortalitatẽ. ſolus hʒ immutabilitatẽ. ¶ Item oĩe vertibile eſt mutabile. ſed oĩs creatura eſt vertibilis. vñ Dam. Oĩe qð a verſione incipit in verſionẽ tẽdit ⁊c. ¶ Item oĩe qð ſibi relictum in nihilũ cedit. quãtum eſt de ſe eſt mutabile. ſed omis creatura eſt hmõi. Unde Greg. Cuncta in nihilũ tenderẽt niſi manus conditoris ea retineret. ergo ⁊c. ¶ Item nullũ accidens de ſe hʒ ſtabilitatem. ſed eſſe omni creature accidit ſicut dicit Hylari⁹. ⁊ habetur in littera. q: ab alio venit. ergo omis creatura quãtum ad eſſe eſt inſtabilis. ¶ Item oĩe vanũ eſt ſubiectũ variabilitati. ſed oĩs creatura vana. cum ſit ex nihilo. Vñ Rom. viij. Vanitati ſubiecta eſt creatura ⁊c. ergo ſi oĩs D

creatura vana nulla imutabilis. ¶ Itē oē mutatū hʒ in ſe muta
bilitatē: ſed oīs creatura facta eſt. ergo oīs creatura mutata.
51 ergo nulla imutabilis. ¶ Cōtra. imutabilitas nō ḋ: niſi tripli
citer. Dicitur eñ imutabilitas. aut inuariabilitas. aut incor-
ruptibilitas. aut inuertibilitas. Oſtendit aūt ꝙ inuariabili-
tas ꝯueniat creaturis. vtpote principijs. Nā aug. oſtendit in
xij. ꝯfeſſ. ꝙ materia informis eſt inuariabilis. Quia qḋ caret
forma caret ordine. etiā quod caret ordine caret viciſſitudine
ergo variatione. Autor aūt ſex principioꝝ dicit hoc de forma.
ꝙ eſt in ſimplici ⁊ inuariabili eſſentia cōſiſtens. ¶ Item vr̄ ꝙ
inuariabilitas cōueniat beatis. q: vbi pfecta btitudo. ibi nul
la deꝑditio. ⁊ vbi hec. nulla variatio eſt. ¶ Item variatio at
tenditur ſicut dicit Augu. ſuꝑ Gen̄. ad litterā. aut ſm locum.
aut ſm tēpus. ſed aliqua creatura caret determinato loco ⁊ tē
pore. vt vniuerſale quod eſt ſemꝑ vt vbiq;. ⁊ celum empyreū
quod eſt extra tempus ⁊ locū. ergo ⁊c. ¶ Item ſi immutabili
tas dicatur incorruptibilitas. idem oſtenditur. nam ōis cor-
ruptio naturalis venit ex cōtrarietate. ſicut dicit phs in libro
de morte ⁊ vita. ſed multe creature carent ꝯtrarietate. ergo ⁊
corruptibilitate. ¶ Item oīs corruptio eſt in aliquid prius ſe
quia corruptio naturalis in aliquid eſt. ſed principia non ha-
bent aliquid prius vtpote materia. ergo ſunt incorruptilia.
¶ Item omne perpetuum eſt incorruptibile. ſed aliqua crea-
tura naturalr̄ eſt perpetua. ergo ⁊c. Minor probari poteſt ſic.
perpetuitas eſt de rōne imaginis. Unde Augu. Non eſſet ani
ma imago ſi mortis termino clauderetur. cum ergo anima na
52 turalis ſit imago. ergo naturalr̄ eſt immortalis ſiue ꝑpetua.
¶ Item oſtendit ꝙ creatura ſit inuertibilis. ſic v̄tibilitas eſt
in non eſſe. ſed nihil eſt quod creaturā aliquam poſſit vertere
in non eſſe. q: a ſe non vertitur cum nihil ſe corrumpat. ab alio
non. q: actio creature in id terminatur ex quo incipit. ſed nul
lius creature actio incipit ante eſſe. ergo ⁊c. ¶ Preterea diſtā
tia infinita eſt inter eē creature ⁊ nihil. ſʒ inter extrema in infi
nitū diſtātia nō pōt fieri mutatio ꝑ virtutē finitā. ergo nihil
pōt cedere in nihil niſi deo faciente. ¶ Item vertibilitas dici
tur per corruptionē in nō eſſe oīno. ſed nihil qḋ corrumpit ce-
dit oīno in non ens. ergo nullum corruptibile vertibile ſolum.
Si tu dicas ꝙ inuertibilitatē non habet creatura per naturā
ſed per gratiam. Contra. Quod omnibus ineſt eſt naturale.
quoniā gratia ſpeciale eſt. ſed naturale eſt. quod eſt idē apud
omnes: ſed fere oīs creatura eſt inuertibilis. q: nulla redigit
in nihilum. ergo hoc naturale. ¶ Item oſtenditur ꝙ nec per
gratiā. quia gratia eſt perfectio nature. ergo qḋ repugnat na
ture nō datur per gratiā. ergo ſi inuertibilitas eſt ꝯtra natu-
ram creature. ergo nō datur per gratiā. ¶ Itē obijcitur de il
la gratia q: ſi eſt creatura eſt v̄tibilis. ſi ergo ꝯueniat ei inuer
tibilitas. opʒ ꝙ per aliā gratiam. ⁊ ſic erit abire in infinitum.
Si ergo opʒ ſtare patet ꝙ non per gratiā. Si dicas ꝙ gratia
illa non dicitur habitus. ſed deus gratis conſeruans. hoc ni-
hil eſt. quia ſine deo operante nulla creatura operatur ergo ſi
cut nulla creatura ē inuertibilis niſi per gratiā. ſic nulla crea
tura operatur niſi per gratiā. ergo nulla oꝑatio eſt naturalis
53 quod ſtultū eſt dicere. ¶ Reſpon. dicēdum ꝙ immutabilitas
dicitur per priuationē mutabilitatis. Mutatio aūt dicit tri-
pliciter. Uno modo ab ente in ens. ⁊ hec eſt mutatio ſm acci-
dens. ⁊ ḋ variatio. Alio modo ab ente ſimplr̄ in ens potentia
ſiue ſm quid. ⁊ hec eſt mutatio ſm formā. ⁊ dicitur corruptio.
Alio modo eſt mutatio ab ente in ſimpliciter nō ens. ⁊ hec eſt
ſm totā rei ſubſtātiam. ⁊ dicitur verſio. Scḋm hoc intelligen
dum ꝙ immutabilitas dicit tripliciter. Uno modo inuariabi
litas. Alio modo incorruptibilitas. ⁊ tertio mō inuertibilitas
Si ergo immutabilitas dicatur inuariabilitas, ſic dico ꝙ in
nulla oīno eſt creatura. neq; per naturā neq; per gratiā. Naʒ
omne creatū aut eſt accidens. aut hʒ accidens. ⁊ ita variabile
ſic accepta inuariabilitas ꝓprie ꝓprium ipſius dei eſt. Si au
tem dicatur immutabilitas incorruptibilitas ſic dico ꝙ in ali
quibus eſt creaturis. In quibuſdā per naturā vtputa in ſim-
plicibus. In quibuſdā per gratiā vtputa i glorificatis corpo
ribus. nec ſic eſt ꝓprie ꝓpriū diuine eſſentie. Si v̄o tertio mō
dicatur immutabilitas, ſic oībus creaturis ineſt per gratiam
nulli aūt per naturā niſi ſoli deo. Inuertibile eñ per naturaʒ
eſt quod ex ſeipſo hʒ vt poſſit ſtare. hoc aūt eſt in quo nulla eſt
vanitas vel varietas. ⁊ in quo oīno nulla eſt eſſentie mutatio.
nec ad eſſe. nec ad nō eſſe. ⁊ hoc eſt ſolū eternū. iō hec inuaria
bilitas eſt in ſolo deo ⁊ eſt proprie propriū ei⁹. Inuertibilitas
aūt per gratiā ineſt oībus vel pluribus creaturis: q: de⁹ ſua
gratuita bonitate cetera ꝯtinet ne in nihil cedāt. ⁊ loquor de
creaturis q̄ dicunt qḋ cōpletū ⁊ ꝑ ſe exiſtēs. Concedēdum
ergo ꝙ imutabilitas put priuat variationeʒ ſm accñs q̄tū ad
naturā ⁊ potētiam ſolius dei eſt. Silr̄ vt priuat mutationē in
nō eſſe ſm actū ⁊ potētiam. q̄tū eſt de natura ſolius dei eſt. ſʒ
per gratiā cōueniat multis creaturis. ⁊ ſic ꝓcedunt rōnes ad
primā partē vn̄ ꝯcedēde ſunt. ¶ Ad illud ḡ qḋ obijcit in ꝯriuʒ 54
ꝙ principia rerū ſunt inuariabilia. dōm ꝙ verū eſt ſi conſide-
rentur ſm eſſentiā abſtractā: ſʒ ſi ꝯſiderētur ſm eſſe nature. ſic
de neceſſitate habēt accidētia ꝯiuncta. ⁊ poſſunt variari. va-
riatio aūt accidētalis reſpicit eē. ¶ Ad illud qḋ obijcitur ꝙ in
beatis non poteſt eſſe variatio. dicēduʒ ꝙ verū eſt q̄tū ad ſub
ſtantiā premij. ſiue q̄tum ad premiū ſubſtātiale cadit tñ quā
tum ad conuerſionē ad inferius. tum q̄tum ad affectiones ſi-
cut patʒ in angelis. tum q̄tum ad actiones. Un̄ beati erūt agi- 55
les ⁊ poterunt moueri. ¶ Ad illud quod obijcit de vniuerſali
⁊ empyreo. Dicēdum ꝙ vtrūq; recipit variationē. ſʒ vniuerſa
le rōne eius in quo eſt. q: mouētibus nobis mouentur ea que
in nobis ſunt. Empyreum v̄o rōne contēti. Poteſt eñ aliquid
continere quod nō continet. ⁊ aliquid non continere quod cō
tinet. ¶ Ad illud quod obijcitur de incorruptibilitate dicēdū 36
ſicut ꝯtractum eſt ꝙ ꝯuenit creaturis. alique eñ creature ſunt
ita ſimplices. ⁊ ita bona ꝯiunctione ꝯiuncte. ꝙ nulla cadit in
eis ꝯtrarietas. nec eſt in eis maior rō corruptionis q̄ in prin-
cipijs. Un̄ ſicut principia non ſunt reſolubilia in aliquid tñ ce
derent in nihil ſi ſibi relinquerētur. ſic intelligēdum in aliqui
bus ſubſtātijs. Unde nō eſt dicēdum ꝙ ſit verum ꝙ omne cō-
poſitum ſit reſolubile ſm rē. ſed ſicut dicit Anſel. eſt reſolubile
re vel intellectu. Unde concedēde ſunt rationes ad hoc indu
cte. ¶ Ad illud v̄o quod obijcitur de vertibilitate. dicēduʒ ꝙ 57
quelibet creatura vertibilis eſt ꝑ naturam: ſi ſibi relinquatur
Si queritur cauſa huius dicēdum ꝙ huius verſionis cum ſit
defectus purus nō eſt reddēda cauſa efficiens vel reducēs in
non eſſe. ſed ſolū deficiēs. Propter quod notādum ꝙ natura 58
dicitur naturalis origo. Origo autē creature ⁊ eſt ex nihilo. ⁊
eſt ex ſuis principijs. ſm hoc duplr̄ dicit aliquid ipſi creature
naturale. vel quia ineſt ei ex eo quod eſt ex nihilo. Uel q: ineſt
ei ex eo quod eſt ex ſuis principijs. Et quia nihil nullius ē cā
efficiēs: ſed deficiens. ideo ꝓprietates que inſunt creature ra
tione eius quod eſt ex nihilo. non ſunt poſitiones ſʒ defectus.
nec ſunt a virtute. ſed a defectu virtutis. nec habēt cauſaʒ effi
cientem. ſed deficiēteʒ. ⁊ tales ſunt. vanitas. inſtabilitas. ver
tibilitas. ¶ Si ergo queratur a quo eſt vertibilis creatura.
dico ꝙ non ab aliquo efficiēte: ſed per defectū in ſeipſa. Scḋʒ
autē ꝙ naturale dicitur ineſſe rei per ꝓpria ⁊ intrinſeca prin-
cipia. ſic non dicūtur naturaliter ineſſe priuationes vel defe-
ctus. ſʒ habilitates. ⁊ ideo hoc modo accipiēdo naturale nul-
la creatura eſt vertibilis in non eſſe. nec tñ dicitur inuertibi-
lis naturalr̄. quia naturale eſt in quod poteſt natura. ſʒ prin-
cipia rei non poſſunt in rei conſeruationē. nec conſeruationē
ſui. ⁊ ideo inuertibilitas nō eſt huiuſmodi naturalis. nec tñ ē
contra naturam. immo eſt ei conſona. quia omnis natura ap-
petit ſaluari. quāuis ex ſe non poſſit. ⁊ maxime illa creatura q̄
appetit beatificari ⁊ hec eſt illa que ad dei imaginem facta ē.
Et quia deſiderium nature non eſt fruſtra. vbi deficit natura
ſupplet dei gratuita influentia. ⁊ ſic patʒ ꝙ vertibilitas ineſt
per naturam: ſed inuertibilitas per gratiaʒ. ¶ Ad illud quod 59
obijcitur de comparatione gratie ad naturā intelligēdum eſt
ꝙ gratia dicitur adiutorium veniēs a ſuperiori reſpectu eius
quod eſt ſupra poſſe nature. Hoc autē adiutorium eſt duplex.
Aut reſpectu eſſe ſimpliciter. aut reſpectu eſſe perfecti. Si re-
ſpectu eſſe ſimpliciter. vtputa conſeruationis eē. q: nulla prin
cipia cū ſint vana. de ſe poſſunt ſeipſa cōſeruare. ſic non eſt me
diante aliquo habitu infuſo vl̄ dato. quia reſpicit eſſe. ⁊ q: eē
eſt cōmune omnibus. ideo hec gratia eſt omnibus cōmunis.
Unde hec ē gratia habēs modum nature. ⁊ hec eſt gratia qua
dantur cetera vertibilia. Alio modo dicitur gratia adiutoriū
reſpectu perfecti eſſe. ⁊ quia pfectio eſſe eſt in his que ad bea
titudinē ordinantur. reſpicit bn̄ eſſe. vel eſſe quod non eſt om-
nium. ideo hec eſt habitus ſpecialis aliquorum non omniū. ⁊
hec eſt

hec eſt gratia per modū gratie. Ex his ptꝫ quod obijcitur de
gr̄a. Obijcit enī ſm ꝙ gratia eſt ſpecialis habitꝰ diuiſus con⸗
tra naturā. ⁊ ſic dicit aliquid de nouo creatū. ſed gr̄a predicto
mō nō. Et ex hoc ptꝫ vltimo obiectū. q: gratia dr̄ adiutoriū re
ſpectu eius quod eſt ſu⸗
pra poſſe nature. et quia
conſeruatio principiorū
eſt ſupra poſſe nature. nō
autem egreſſus actionū
immo infra. iō patet ⁊c.
⁋ Eademq̃ ſola proprie
ac vere. Supra oſtendit
magiſter duas proprieta
tes diuine eſſentie. ſcilicꝫ
veritatem ⁊ incōmutabi⸗
litatem. Hic oſtendit ſim
plicitatē diuine eſſentie
vel nature. Et habet hec
Quare creatura ſit mlˀtiplex ⁊ nō ſimplex. pars tres partes. In pri⸗
ma oſtendit ꝙ proprie eſt
ſimplex. In ſecunda ꝙ ve
re. ibi. Hic diligenter no⸗
tandū eſt cum dicat Au⸗
guſtinus ⁊c. In tertia ꝙ
ſumme. ibi Huius autem
eſſentie ſimplicitas. Pri⸗
De corporali oſnditur q̄re ſit multiplex. ma iterū pars habet tres
partes. primo ꝓponit ꝙ
proprie eſt ſimplex. Se⸗
cundo oſtendit ꝙ non cō
uenit nature corporali.
ibi. Ut autem ſcias quo⸗
modo ſimpliciter ⁊c. In
tertia ꝙ non conuenit na
ture ſpirituali. ibi. Crea⸗
tura quoq̃ ſpiritualis ⁊c.
⁋ Similiter pars in qua
oſtēdit ꝙ eſt vere ſimplex
habꝫ tres partes. In pri
ma oſtendit ꝙ in deo eſt
pure multiplicitas nomi
num. In ſecūda oſtendit
ꝙ in eo nō eſt diuerſitas
predicamentorum. ibi.
Quod autem in natura
diuina nulla ſit acciden⸗
tium ⁊c. In tertia conclu
dit ꝙ nomina predicamē
torum. in diuinis nō poſ⸗
ſunt dici proprie et etiam
nomen primi predicamē⸗
ti. ibi. Unde nec proprie
dicitur ſubſtantia. ⁋ Si
militer tertia pars in qua
oſtēdit ꝙ eſt ſumme ſim⸗
plex habꝫ tres. primo enī
oſtēdit ꝙ tanta eſt ibi ſim
plicitas. ꝙ nulla eſt ibi re
rum diuerſitas. Secun⸗
do ꝙ cum hac ſimplicita⸗
te ſtat perſonarum plura
litas. ibi. Et cum tante
ſimplicitatis ⁊c. Tertio
vero ⁊ vltimo epilogat ꝙ
oſtenſa eſt in diuina eſſen
tia triplex proprietas ibi
Ecce quanta eſt idētitas
40 a ⁋ Eademq̃ ſola. In
parte iſta circa litteram
incidit hec queſtio de or⸗
dine. Cum enim compo⸗
ſitio in creatura ſit ratio
et cauſa mutationis ſim⸗
plicitas eſt cauſa immutabilitatis. q: ſi affirmatio ſit cauſa af
firmationis. ⁊ negatio cauſa negatiōis. ergo cum cauſa ſit an
te effectum. debuit primo magiſter ponere proprietatem ſim⸗
plicitatis. Reſpon. dicendum ꝙ reuera compoſitio ſm ratio⸗
nem intelligēdi prior eſt
ꝙ mutatio. ſed quoniam
negationes ſe habēt ecō⸗
uerſo affirmationibꝰ hinc
eſt ꝙ immutabilitas eſt
prior. ita volunt aliqui di
cere. Poteſt tamen aliter
dici ⁊ melius ꝙ eſt prius
notius nobis: et prius — Quō deus dicit̄ ſimplex
notius ſimpliciter. et q:
ſimplicitas ē maxime no⸗
bis occulta. propter hoc 41
ꝙ ſimplex inquātum ſim⸗
plex habet rationem prin
cipij. ⁊ nos venimus a co
gnitione poſterioris in co
gnitionem prioris. ideo
prius agit de immutabi⸗
litate ꝙ ſimplicitate. 42
⁋ Iterū queritur de hoc
quod dicit in littera. Ea⸗
demq̃ ſola proprie ac ve⸗
re ſimplex. quia nec habꝫ
compoſitionem partium
⁊c. videt̄ ſuperflua dice⸗
re. quia ſimplex eſt cuius
pars nō eſt. ſicut compo⸗
ſitum dicitur quod habet
partes. Reſpon. dicen⸗
dum ꝙ magiſter notifi⸗
cat hic ſimplex ſm quod
eſt dei proprium. ⁊ ita op
ponitur compoſitioni et
multiplicitati. Quātum
ergo ad priuationem cō⸗
poſitionis dicit ꝙ non ha
bet multitudinem par⸗
tium. quātum vero ad pri
uationem multiplicita⸗
tis extranee. dicit ꝙ non
habet varietatem accidē
tium. Quantum vero ad
priuationem multiplici⸗
tatis itrinſece dicit ꝙ nō
habet varietatem forma⸗ Augu.
rum. vt generis et ſpeciei
differentie. ⁊ hoc mō ſim
plex eſt ſimplex vere et
proprie qd̄ ſolius dei eſt.
b ⁋ Cum enim aliud ſit 45
artificioſum eſſe ⁊ inertē
⁊c. Probat hic Augu. ani
mam eſſe compoſitam ꝓ⸗
pter multitudinem pro⸗
prietatum. Sed contra.
Nulla ſubſtantia compo⸗
nitur ex proprietatibus.
nec per ſe. neq̃ cum alio.
ergo ex hoc nō probatur.
ꝙ anima ſit compoſita.
Reſpon. dicēdum ꝙ Au⸗
guſti. hoc non probat niſi
a poſteriori. Compoſitio
enim accidentis ad ſubie
ctum ⁊ diuerſitas neceſſa
rio preſupponit aliam cō
poſitionem. quia vt dicit
Boetius quod eſt pure
forma ſubiectum eſſe non

☞ De ſimplicitate eſſentie
diuine que ſola ꝓprie eſt ſim⸗
plex. e

a ⁋ Eademq̃ ſola proprie ac
vere ſimplex ē. vbi nec partiū.
nec accidētiū. nec quarūlibet
formarū vlla ē diuerſitas. ſiue
variatio vel multitudo.

☞ Quod ſimplex eſſe nō ꝯue
nit nature corporali. f

⁋ Ut aūt ſcias quō ſimplex
ſit illa ſubſtātia te docꝫ Aug.
in. vj. li. de tri. Aiaduerte pri⸗
mo quare oīs creatura ſit mul
tiplex ⁊ nullo mō vere ſimplex
⁊ pmū de corporali poſtea d̄
ſpūali creatura. Corpalis vti
q̃ creatura ex ptibꝰ ꝯſtat ita
vt ſit ibi alia pars minor. alia
maior. ⁊ maius ſit totū q̄ que
libet pars. ⁊ ī vnoq̃ corpe ali
ud ē magnitudo. aliō color. a⸗
liud eſt figura. pōt enī ⁊ minu
ta magnitudine manere idem
color. ⁊ eadem figura ⁊ colore
mutato manere eadē figura. ⁊
eadē magnitudo. Ac per hoc
multiplex eē ꝯuincit̄ natura
corpis. ſimplex aūt nullo mō.

☞ Quod ſimplex eſſe non cō
uenit nature ſpūali. g

⁋ Creatura q̄ ſpūalis vt eſt
aīa. in cōparatione quidē cor
poris eſt ſimplex. ſine compa⸗
ratione vō corporis eſt multi
plex. ⁊ nō ſimplex. Que ideo
ſimplex dr̄ reſpectu corpis. q:
mole nō diffundit̄ ꝑ ſpaciū lo
ci. ſꝫ in vnoquoq̃ corpore; ⁊ in
toto tota eſt. ⁊ in qualibet eiꝰ
parte tota eſt. ⁊ iō cū ſit aliq̄d
in quauis exigua pticula cor⸗
poris quod ſentiat aīa. q̄uis
nō fiat in toto corpore. illa tn̄
tota ſentit. quia totam non la
tet. Sed tn̄ nec in ipſa anima
b vere ſimplicitas eſt. Cum enī
aliud ſit artificioſuꝫ. eſſe aliō
inertē. aliud acutū. aliud me⸗
morē. aliud cupiditas aliud ti
mor. aliud leticia. aliud triſti⸗
cia. poſſuntq̃ hec ⁊ alia hmōi
innumerabilia in aīe inueniri
natura. ⁊ alia ſine alijs et alia
magis alia minus. manifeſtuꝫ
eſt aīe non ſimplicē ſed multi⸗
plicem eſſe naturā. Nihil enī
ſimplex mutabile eſt oīs autē
creatura mutabilis eſt. nulla
ḡ creatura vere ſimplex ē. deꝰ
vō ⁊ ſi multiplex dicat̄ vere tn̄
⁊ ſumme ſimplex eſt. Dicitur
enī magnꝰ bonus. ſapiēs. bea
tus. verus. ⁊ quicq̄d aliud nō
indigne dici videt̄. ſed eadem
magnitudo eius eſt que ſapiē
tia. Non enī mole magnꝰ eſt.
ſed virtute. ⁊ eadē bonitas. q̄
ſapiētia. ⁊ magnitudo. ⁊ veri⸗
tas. ⁊ nō eſt ibi aliud ipm bea
tum eſſe ⁊ aliud magnū. aliud
ſapiētem. aut verū aut bonum
eſſe aut omnino eſſe.

☞ Quod diuina eēntia vere
eſt ſimplex cū tamē multiplex
dicatur. h

⁋ Hic diligēter notandū eſt
cū dicat Aug. ſolum deū vere
ſimplicē eſſe. cur dicat eūdem
multipliciter dici. Sꝫ hoc nō
propter diuerſitatē accidētiū
vel partiū dicit. ſed ꝓpter di⸗
uerſitatem ac multitudinē no
minum. que de deo dicuntur.
que lꝫ multiplicia ſint. vnū ta
men ſignificant. ſcꝫ diuinā na
turam. Hec enī non ita acci⸗
piuntur. cū de illa incōmuta⸗
bili eternaq̃ ſubſtātia incom
parabilr̄ ſimpliciore q̄ eſt hu
manus animꝰ dicunt̄. quēad⸗
modū cum de creaturis dicun
tur. Unde Augu. in lib. vj. dē
tri. Deo inquit eſt hoc eſſe qō
eſt fortē eſſe. vel ſapienteꝫ eſſe
vel iuſtuꝫ eſſe. ⁊ ſi quid de illa
ſimplici multiplicitate vl̄ mul
tiplici ſimplicitate dixerꝭ quo
ſubſtātia eiꝰ ſignificetur. Hu
mano autē animo non eſt hoc
eſſe. quod eſt fortē eē. aut pru⸗
dentem. aut iuſtū. pōt enī eſſe
animus. ⁊ nullam iſtarum ha⸗
bere virtutum.

☞ Tāta ē dei ſimplicitas.
ꝙ nulli predicamentorū ſubij⸗
citur. i

⁋ Quod autē in natura diuina
nulla ſit accidētiū diuerſitas.
nullaq̃ penitus mutabilitas.
ſꝫ pfecta ſimplicitas oſtendit
Aug. in. v. lib. de triꝭ. dicens.

poteſt.ergo ad hoc ꝙ ali
quid ſit ſubiectũ acciden
tium pluriũ oportet in il-
lo preexiſtere compoſitio
nem intrinſecam ſed ani-
ma capit in ſe multitudi-
nem accidentium.⁊ ideo
neceſſario infertur a po-
ſteriori ꝙ ipa ſit cõpoſita
licꝫ nõ ex accidentibus.
c ¶ Sine qualitate bonũ
ſine quãtitate magnũ ⁊c.
Uidetur male dicere.q2 a
quocũqꝫ remouetur ſupe
rius⁊ inferius.ergo ſi nõ
habet qualitatẽ.nec boni
tatem. Si tu dicas ꝙ bo
nitas illa non eſt ſpecies
qualitatis.queritur qua
re non ſimiľr dicit̃ in diui
44 nis qualitas diuina.ſicut
bonitas diuina. ¶ Rñ.q̃
dam volunt dicere ꝙ no-
men generis nõ transfer-
tur ad diuina.tum q2 nõ
dicit rei cõplementum ſi-
cut ſpecies.tum q2 ſignat
Augu. in concretione ad ſubſtã-
tiam ⁊ in dependentia.
Noĩa aũt ſpecialia cõno
tant effectũ in creatura.
⁊ ideo dicit̃ ſine qualita-
te bonus.Sed ſi quis ve
lit inſpicere inuenit hoc
nõ habere veritatẽ.Si er
go queratur.quõ differt
in deo magnitudo ⁊ boni
tas.dicẽdum ꝙ magnitu
do ſignificat diuinã eſſen
tiam.per modũ quãtita-
tis.bonitas per modum
qualitatis ergo iſti modi
cadũt in deũ. Et iterum.
Si querat̃ qualis eſt deꝰ
Rñ.bonus ⁊ magnus.et
ideo dicendũ ꝙ noĩa ge-
nerum in diuinis reperiũ
tur.ſed nõ prout habent
rationẽ generis.q2 deꝰin
nullo genere eſt.⁊ ad hoc
ſignificandũ remouet au
gu.noĩa.ix. generũ inq̃-
tum ſunt genera.
d ¶ Si tñ dignum eſt vt
deꝰ dicat̃ ſubſtare.Uide-
tur ſatis dignum.q2 ſum-
ma nobilitas eſt ꝑ ſe ſub-
45 ſiſtere. Rñ.dicẽdũ.ꝙ du
plex eſt ꝓprietas ipſiꝰ ſub
ſtãtie.ſ.per ſe ſtare.⁊ alij
ſubeſſe.primũ eſt ꝑfectio
nis.ſcđm impfectionis.⁊
iõ rõne prime dicitur di-
gne nõ rõne ſecũde.
e ¶ Nõ ex cõpoſitis.deꝰ
q̃ vita eſt ſubſiſtit ⁊c.Que
ritur que dĩa eſt inter il-
las differẽtias. Q2 ſi nul
la eſt videtur facere inceul
46 cationẽ. Rñ.dicendũ.ꝙ
quidã voluerũt ꝙ per illa
quattuor excludant̃ quat
Hylariꝰ tuor genera cõpoſitionũ.

Intelligamus deum quãtum
c poſſumꝰ.ſine qualitate bonũ
ſine quãtitate magnũ.ſine in-
digẽtia creatorẽ.ſine ſitu p̃ſi-
dentẽ.ſine habitu oĩa ꝯtinen-
tem.ſine loco vbiqꝫ totũ.ſine
tpe ſempiternum.ſine vlla ſui
mutatione mutabilia facientẽ
nihilqꝫ patiẽtẽ. Quiſq̃s deũ
ita cogitat.⁊ ſi nondũ põt oĩ-
no iuenire q̃d ſit pie tñ caueat
q̃tum põt aliq̃d de illo ſenti-
re qđ nõ ſit. Ecce ſi ſubtiliter
intẽdas ex his atqꝫ predictis
aperitur illa p̃dicamenta ar-
tis dialetice dei nature mini-
me cõuenire q̃ nullis ẽ ſubie-
cta accidentibus.
☞ Noĩa predicamentorũ
in diuinis nõ poſſunt dici ⁊ ꝙ
deus nõ proprie: ſed abuſiue
dicitur ſubſtãtia. lꝫ
¶ Unñ nec ꝓprie dr̃ ſubſtãtia
vt Aug.oñdit in li.vij.de tri.
Sicut ab eo qđ ẽ eẽ appellat̃
eſſentia.ita ab eo qđ eſt ſubſi-
d ſtere ſubſtãtiã dicimꝰ ſi tñ di-
gnũ eſt vt deꝰ dicat̃ ſubſiſtere
hꝰ enĩ de his rebꝰ recte intelli-
gitur.in q̇bus ſubiectis ſunt
ea q̃ in aliquo ſubiecto eſſe di
cuntur.ſicut in corpore color
aut forma.Corpꝰ enĩ ſubſiſtit
⁊ iõ ſubſtãtia eſt. Res v̾o mu
tabiles neqꝫ ſimplices ꝓprie
dĩr ſubſtãtie.deꝰ aũt ſi ſubſi-
ſtit.vt ſubſtãtia ꝓprie dici poſ
ſit.ineſt in eo aliq̃d tãq̃ i ſub-
iecto ⁊ nõ ẽ ſimplex. Nephas
aũt eſt dicere:vt ſubſiſtat deꝰ.
⁊ ſubſit bonitati ſue.atqꝫ illa
bonitas non ſubſtãtia ſit vel
potius eſſentia. Neqꝫ ipe deꝰ
ſit bonitas ſua : ſed in illo ſit
tanq̃ in ſubiecto. Unñ manife
ſtum eſt deũ abuſiue ſubſtãtiã
vocari vt noĩe vſitatiori.intel
ligatur eſſentia.qđ vere ac ꝓ-
prie dr̃ ita vt fortaſſe ſolũ deũ
dici oporteat eſſentiam . Eſt
enim vere ſolus:quia incom-
mutabilis eſt.
☞ Qꝛ diuina eſſentia ſum
me eſt ſimplex q2 tanta eſt ibi
ſimplicitas ꝙ nulla ſit rerum
diuerſitas. l
¶ Huius aũt eſſentie ſimpli
citas ac ſinceritas tanta eſt ꝙ
non eſt in ea aliquid quod nõ
ſit ipſa.ſed idem eſt habens ⁊
quod habetur. Unde Hyla-
rius in.vij.li.de tri.ait. Nõ ex
cõpoſitis deus q̇ vita eſt ſub-
ſiſtit.neqꝫ q̇ virtꝰ eſt ex infir-
mis ꝯtinet̃ neqꝫ qui lux eſt ex
obſcuris coaptat̃.nec q̇ ſpũs
eſt ex diſparibus formalis eſt
totũ qđ in eo eſt vnũ eſt . Idẽ
in.viij.li.de tri. Non humano
mõ ex cõpoſitis deꝰ eſt.vt i eo
aliud ſit qđ ab eo hr̃.et aliud
ſit ipſe q̇ habeat.ſꝫ totũ vita ẽ
natura.ſ.perfecta ⁊ infinita.⁊
nõ ex diſparibus ꝯſtituta ſed
viuẽs ꝑ totũ ipſa. De hoc eo-
dem Boet.in lib.j.de tri.ait.
Quocirca hoc vere vnũ eſt.in
quo nullus numerus.nullum
in eo aliud preter id qđ i eo ẽ.
neqꝫ enĩ ſubiectum fieri põt.
Augu.q̄ꝫ in lib.de fide ad pe
truꝫ dicit. In dei ſubſtãtia nõ
eſt aliquid qđ nõ ſit ſubſtãtia
quaſi aliud ſit ibi ſubſtãtia a-
liud quod accidit ſubſtantie.
Sed quicq̇d ibi intelligi põt
ſubſtãtia ẽ. Uerꝫ hec dici pñt
facile ⁊ credi videri aũt niſi pu
ro corde oĩno nõ poſſunt. Itẽ
Augu.in.xv.li.de tri. Sic hr̃
in natura vniuſcuiuſqꝫ triũ ꝙ
qui hꝫ hoc ſit qđ hꝫ.ſicut imu
tabilis ſimplexqꝫ ſubſtantia.
Unde yſidorus ait. Deꝰ ſim-
plex dicitur ſiue nõ amittẽdo
qđ habet . ſeu quia non aliud
habet quod nõ eſt ipe.⁊ aliud
quod in ipſo eſt.
☞ Qꝛ cũ hac ſimplicitate
ſtat pſonarꝫ plᷓalitas. m
¶ Et cũ tãte ſim plicitatis at
qꝫ ſinceritatis ſit natura diui
na.eſt tñ in ea trinitas pſona-
rum. Unñ aug.in li.xj.de ciui.
dei ait.nõ ꝓpter hoc naturaꝫ
ſummi boni ſimplicẽ dicimus
q2 eſt pater in ea ſolus.aut fi-
lius in ea ſolus.aut ſpũſſctũs
in ea ſolus.i.q2 eſt ſola iſta no
minũ trinitas ſine ſubſtãtia ꝑ
ſonarꝫ.ſicut ſabelliani putaue
runt.ſed ideo ſimplex dicitur
q2 eſt hoc quod hꝫ excepto ꝙ
relatiue queqꝫ pſona ad alte-
ram dicitur nec eſt ipſa. Nam
vtiqꝫ pater hꝫ filiũ ad quẽ re-
latiue dicitur.nec tñ ipſe eſt fi
lius.⁊ filius habet patrẽ.nec tñ ipſe eſt pr̃. In quo v̾o
ad ſemetipſuꝫ dr̃ nõ ad alterũ.hoc eſt quod hꝫ.ſicut ad
ſeipſum dicitur viuus habendo vitam.⁊ eadeꝫ vita eſt
ipſe. Propter hoc itaqꝫ natura hec dicitur ſimplex:
vt non ſit aliud habens , et aliud id quod habet ſicut

Prima enĩ eſt eſſentie ex
principijs eſſentialibꝰ rõ
ne cuius dr̃ ꝙ deus nõ eſt
in cõpoſitis.i.ſimul poſi-
tis. Scđa eſt ſubſtãtie ex
principijs naturalibus q̃
ſunt materia ⁊ forma.ra-
tione cuius dicit.neqꝫ ex
infirmis.q2 materia ſub-
iecta eſt ꝑuationi que fa-
cit formã mutabilem ⁊ in
firmã ⁊ ſimiliter materiã
Infirma enĩ dicuntur in
ſtabilia. Tertia eſt cõpo-
ſitio mixti ex miſcibilibꝰ.
ratione cuius dicit.neqꝫ
ex obſcuris q2 vbi mixtio
ibi quedam formarꝫ con- Boetiꝰ
fuſio.⁊ ita obſcuratio.
Quarta eſt cõpoſitio ani
mati ex partibus diſpari
bus.ex anima videlicꝫ et
corpore.ratione cuius di
cit nec ex partibus diſpa
ribus.quia ipſe eſt ſpiri-
tus. Aliter tñ põt dici ꝙ
excludit eãdem compoſi
tionem ratione diuerſarꝫ
conditionum. Ad hoc enĩ
ꝙ principia aliquid con-
ſtituant.oportet ꝙ princi
pia ſint differẽtia.ſint de
pendentia. ſint imperfe-
cta.ſint etiam difformia. Augu.
Si enĩ eſſent omnino cõ- 47
formia ⁊ perfecta nõ poſ-
ſent aliquid conſtituere:
quia ex duobus entibus
actu nihil fit. Quia ergo Iſido.
differentia.ideo ſunt cõ-
poſita.quaſi cum alijs po
ſita . Quia dependentia.
ideo informia vľ infirma.
Q2 impfecta.ideo obſcu
ra . Quia diſſimilia.ideo
diſparia. Deus autem nõ
poteſt eſſe ex dependenti
bus ex diuerſis.q2 eſt vi-
ta per eſſentiam. Non po
teſt eſſe ex infirmis.quia
virtus per eſſentiã . Non
põt eſſe ex imperfectis ⁊
obſcuris q2 lux eſt. Simi
liter nõ põt eſſe ex diſpa-
ribus ⁊ diſſimilibꝰ . quia
ſpũs per eſſentiã. Sũma
ergo actualitas . ſumma
poteſtas ſumma claritas
ſumma ſpiritualitas non
permittũt in deo eſſe ali-
quam cõpoſitionẽ. Unde
ex his quattuor conditio
nibus.quattuor ratiões
eliciuntur probãtes deũ
ſimpliciſſimum.

AD intelligẽtiã eoꝝ q̃ dicit magr̃ in lr̃a quattuoꝛ q̃runt̃. ¶ Pꝛimo q̃rit̃. vtrũ i deo ſit ſumma ſimplicitas. Scd̃o vtrũ ſimplicitas ſit dei ꝓpꝛietas. ¶ Tertio ꝓpter illud qḋ dꝛ in lr̃a de aĩa rõnali. Querit̃ vtrũ aĩa rõnalis ſit in toto coꝛpoꝛe. ita ꝙ in qualibet parte. ¶ Quarto q̃rit̃. vtrũ deus ſit in aliquo, determi-
E nato genere.

in certis rebus eſt. Nõ enim hñs liquoꝛ ẽ liquoꝛ eſt nec coꝛpus coloꝛ nec aĩa eſt ſapiẽtia.

☞ Epilogus quo oſtendit̃ ꝙ in diuina eſſentia eſt triplex pꝛopꝛietas. n

¶ Ecce quanta eſt identitas quanta eſt vnitas immutabilitas ſimplicitas puritas diuine ſubſtãtie iuxta ĩfirmitatis nr̃e valitudinẽ aſſignauimus.

## Queſtio .j.

Q; in deo ſit ſumma ſimplicitas ſic ꝓbat̃. Oẽ pꝛimũ eſt ſimpliciſſimuꝫ. qꝛ quãto aliq̇d pꝛius tanto ſimplicius. ſed deus eſt pꝛimũ in gñe entiũ. eo ꝙ nec eſt nec eſſe põt nec cogitari pꝛius. ergo eſt ita ſimplex ꝙ ipſo nihil ſimplicius eſſe põt vel cogitari. ergo eſt ſimpliciſſimũ. ¶ Itẽ oẽ qḋ eſt q̇cquid hꝫ eſt ſimpliciſſimũ. deus eſt q̇cq̇d hꝫ. ergo ꝛc. Pꝛima pꝫ in ſe. Minoꝛ ꝓbat̃ ſic. Deus hꝫ potẽtiã ſapiam. ꝛ ſic de alijs. aut ergo eſt ſua potẽtia aut non. Si ſic habeo ꝓpoſitũ. Si nõ eſt ſua potẽtia. cũ ſit potẽs potẽtia. hꝫ poſſe ab alio ergo deus eſt ab alio. ꝙ ſi hoc eſt falſum. ergo illud ex quo ſequit̃. ¶ Itẽ in eſſe nobiliſſimo dꝫ ois ↄditio nobilitatis poni in ſummo ſed deus eſt ens nobiliſſimum. ꝛ ſimplicitas eſt ↄditio nobilitatis. ergo ponẽda eſt in deo in ſummo. ergo deus ẽ ſumme ſimplex. Itẽ quãto aliq̇d ſimplicius tãto potẽtius in virtute. ꝛ ecõuerſo. qꝛ virtus vnita plus põt q̃ multiplicata. ſed deus eſt infinitus ꝛ immẽſus virtute. ergo eſt ĩfinitus ſimplicitate. ergo in deo eſt ſumma ſimplicitas. ¶ Cõtra. Simplicius cogitat̃ aliquid cũ cogitat̃ vt abſtractũ a pluribꝰ q̃ qḋ cogitat̃ vt ↄtẽtũ in pluribus. ergo cũ fides nr̃a cogitet deum vt in pluribus. nõ cogitat eũ vt ſimpliciſſimũ. ergo ſi fides vẽ cogitat. deus nõ eſt ſimpliciſſimus. ¶ Itẽ maioꝛ eſt ſimplicitas vbi eſt idẽtitas ſine diuerſitate q̃ cũ diuerſitate. ſed i deo eſt idẽtitas cũ diuerſitate ſuppoſitoꝝ. ergo in deo nõ eſt ſumma ſimplicitas. ¶ Itẽ maioꝛ eſt ſimplicitas. vbi eſt vnitas ſine pluralitate. qꝛ numerus dicit aliquo mõ cõpoſitionẽ reſpectu cuius vnitas eſt ſimplex. ergo cũ in deo ſit vnitas cũ pluralitate ꝑſonarũ. pꝫ ꝛc. ¶ Itẽ maioꝛ eſt ſimplicitas. vbi nõ tm̃ ſubiectũ. ſed etiã ꝓpꝛietas eſt eadẽ cũ ꝓpꝛietate. qꝛ qñ ꝓpꝛietas differt a ꝓpꝛietate in vno ſunt plura dr̃ia. ergo nõ eſt ſimplex. ſed in diuinis ꝑſonis. in eadẽ ꝑſona differt pꝛopꝛietas a ꝓpꝛietate. vnde innaſcibilitas differt a paternitate. ergo ꝛc.
¶ Rñ. dicẽdũ ꝙ ſicut pꝛime rõnes pꝛobãt in deo ponẽda eſt
48 ſumma ſimplicitas. ¶ Ad illud ergo qḋ obijcit̃. ꝙ fides nõ intelligit ipm̃ vt ſimpliciſſimũ. Dicẽdũ ꝙ fides intelligit eũ vt ſimpliciſſimũ. ꝛ q̇ aliter intelligit. nõ intelligit vt ſumme ſimplex. qḋ pꝫ ſic. Qm̃ eſt intelligere vnũ in vno. ꝛ vnũ in pluribꝰ multiplicatũ. ꝛ vnũ in pluribus nõ multiplicatũ. Simplicius aũt intelligit̃ vnuꝫ in pluribus eſſe multiplicatũ. q̃ vnũ i vno qḋ pꝫ qꝛ vle ẽ ſimplicius ſingulari. ꝛ adhuc multo ſimplicius intelligit̃ qḋ eſt vnũ in pluribus nõ multiplicatũ. hoc mõ ĩtelligit fides nr̃a deũ. ꝛ iõ ſimplicioꝛ eſt deus. qꝛ eſt in oĩbus nõ multiplicatus q̃ ſi eſſet in vno ſolo vel in pluribus multiplicatus. Hinc eſt ꝙ deus ſimpliciſſimus eſt. ꝛ fides nr̃a eũ vt ſimpliciſſimũ intelligit. ꝛ qui intelligit deũ plurificatũ i eſſentia. vel vnũ in ſuppoſito. derogat ſumme ſimplicitati eiꝰ. derogat ẽt nobilitati eius. qm̃ vbi ſumma ſimplicitas intelligit̃. opoꝛtet ſummã actualitatẽ intelligi. ſi ſumme nobilis eſt. Et vbi ẽ ſumma actualitas. ſumma diffuſio ꝛ cõicatio dꝫ poni. ꝛ iſta nõ põt eſſe niſi in ſempiterna ꝓductione rei oĩno infinite. ꝛ equalis in virtute. ꝛ hoc nõ põt eſſe in alietate eſſentie. ergo nõ poteſt intelligi diuina eſſentia ſimpliciſſima. niſi i tribus ꝑſonis intelligat̃ tota eſſe quarũ vna ſit ab alia. Qđ ergo obijcit̃. ꝙ ſimplicius eſt abſtractũ a pluribꝰ q̃ in pluribus. verũ eſt ſi in illis pluribus plurificet̃. Si aũt nõ plurificat̃ non eſt veruꝫ.
49 ¶ Ad illud qḋ obijcit̃ ꝙ maioꝛ eſt ſimplicitas vbi nulla diuerſitas. Dicẽdũ ꝙ diuerſitas dupl'r põt ꝯtingere. Uel ex additione vel ex oꝛigine. Ex additione cũ eſt diuerſitas in ꝓpꝛietatibus abſolutis q̃ diuerſe ſunt in diuerſis. vt albedo in Petro paulo ꝛ gregoꝛio. ꝛ hec pꝛiuat ſimplicitatẽ. qꝛ ponit cõpoſitionẽ. Eſt alia diuerſitas veniẽs ex ſola oꝛigine vtputa qꝛ vna ꝑſona emanãs ab alia. differt ab ea ꝛ hec nõ repugnat ſimplicitati. qꝛ nullã ponit cõpoſitionẽ. ſed ſolũ oꝛdinẽ ꝛ reſpectuꝫ ad aliũ. ꝛ hoc nõ ꝓpꝛie dꝛ diuerſitas. ſed diſtinctio ꝛ diſcretio. et hoc manifeſtũ eſt ſi intelligamus patrẽ ſeipſo gñare filiũ. ꝛ intelligamus eũ gñare. ꝛ iterũ nõ gñare. nulla eſt hic cõpoſitio
qꝛ nulla additio. ¶ Ad illud qḋ obijcit̃ ꝙ maioꝛ ẽ ſimplicitas 50
vbi nulla pluralitas. Dicẽdũ ꝙ duplex eſt pluralitas. Quedã in qua plus eſt in duobus q̃ in vno. vt in duobus hoibus plꝰ eſt de bonitate q̃ in vno. ꝛ iſta pluralitas repugnat ſimplicitati. qꝛ vnitas addit ſupꝛa vnitatẽ. Quedã aũt eſt pluralitas i q̃ tm̃ in pluribus eſt quãtũ in vno. ꝛ hec eſt in diuinis. qꝛ tm̃ de eſſe ꝛ bonitate. ꝛ virtute eſt in vna ꝑſona quãtũ in pluribus. ꝛ iſta pluralitas nihil additꝰ ad vnitatẽ. ꝛ iõ nullã oĩno ponit cõpoſitionẽ. nec pꝛiuat ſimplicitatẽ. ¶ Ad illud qḋ obijcit̃ ꝙ
in patre differt ꝓpꝛietas a ꝓpꝛietate. dicẽduꝫ ꝙ ꝓpꝛietas dif 51
fert a ꝓpꝛietate tripl'r. Aut reſpectu ſubiecti: aut reſpectu ſui: aut reſpectu obiecti. Si reſpectu ſubiecti qꝛ cauſant̃ ex diuerſis naturis in ipſo reptis. ſic ponit cõpoſitionẽ. qꝛ ponit ſubiectũ eſſe in pluribus. Si reſpectu ſui. ſic differt muſica ꝛ grammatica in petro. ꝛ ſic ponit ſil'r cõpoſitionẽ. qꝛ ponit ſubiectuꝫ ſubeſſe pluribus. Si reſpectu obiecti. ſic ponit ſubiectum cõparari pluribus. ꝛ hoc modo non ponitur compoſitio. ſed diſtinctio. Exẽplum eſt in puncto qḋ eſt pꝛincipiũ ꝛ finis reſpectu diuerſarum linearum hoc modo eſt differentia pꝛopꝛietatum in diuinis ꝛc.

## Queſtio .ij.

Utrũ ſimplicitas ſit dei ꝓpꝛietas. Et F
ꝙ ſit vr̃ hoc mõ. Nulla creatura ẽ actꝰ purus qꝛ in oi creatura (vt dicit Boetius) differt quo ẽ. ꝛ qḋ eſt. ergo in oi creatura eſt actus cũ poſſibili. ſed ois talis hꝫ i ſe multifoꝛmitatẽ. ꝛ caret ſimplicitate. ergo ꝛc. Itẽ ois creatura hꝫ eſſe finitũ ꝛ limitatum. ergo hꝫ eſſe artatum. ſed vbicũq̃ eſt eſſe limitatum. eſt ibi aliquid qḋ ↄtrahit ꝛ aliquid qḋ ↄhibetur. ꝛ in oi tali eſt compoſitio ꝛ dr̃ia. ergo ois creatura eſt cõpoſita. ergo nulla ſimplex. ¶ Itẽ ois creatura hꝫ eſſe datum aliunde. ergo hꝫ eſſe aliunde acceptum. ergo nulla creatura ẽ ſuum eſſe. ergo in oi creatura eſt depẽdẽtia ſiue dr̃ia. ſed nulluꝫ tale eſt ſimplex ſimpl'r. ergo ꝛc. ¶ Itẽ oẽ qḋ eſt poſt pꝛimã vnitatẽ deficit ab illa. ergo ſtatim cadit in dualitatẽ. ſicut dicit Diony. ꝙ poſt monadẽ dyas eſt. ergo ois creatura eſt a pꝛima vnitate. ergo ois creatura ẽ ab illa deficiẽs. ¶ Cõtra. Ab vno nõ ꝓcedit niſi vnũ. ꝛ a vero nõ ꝓcedit niſi verũ. ſꝫ vnitas ꝛ ſimplicitas eadẽ rõnẽ hñt in deo. ergo ſicut ab vno vnũ. ita a ſimplici ſimplex. ¶ Itẽ vr̃ ſpecialiter ꝙ ſimplicitas ſit i creaturis. qꝛ ſimplex eſt qḋ nõ hꝫ partẽ. ſed punctus nõ hꝫ parteꝫ qꝛ ita diffinit̃. Punctus eſt cuius pars nõ eſt. ꝫ ꝛc. ¶ Iteꝫ oẽ illud ante qḋ nõ eſt aliud eſt ſimplex. qꝛ ſi cõpoſitũ eſt neceſſario hꝫ ante ſe aliud. ſed ens eſt pꝛimũ ſicut dicit autoꝛ de cãis ſed pꝛimũ rerũ creatarũ eſt eſſe. ergo ꝛc. ¶ Itẽ oẽ illud eſt ſimplex in quo ſtat reſolutio. ſed reſolutio ſtat in pꝛincipijs: que ſunt materia ꝛ foꝛma. qꝛ materia vlterius nõ reſoluit̃. cum ſit ſtatus in cauſis. alioq̇n eſſet ire in infinitũ. ergo cũ reſolutio ſtet in creato. aliqḋ creatũ eſt ſimplex. Si tu dicas ꝙ ꝑncipia non hñt oĩmodã ſimplicitatem. qꝛ q̃uis non componantur ex alijs. tñ componuntur alijs. ¶ Contra. Hoc non videtur facere contra ſimplicitatem ꝙ componatur alij. Nam ꝙ aliq̇d non ſit componibile alij. non facit aliquam ſimplicitatẽ. cuꝫ iſta ꝓpꝛietas ſit in indiuiduis completis. que maxime ſunt compoſita. ergo hoc qḋ dico componibile alijs. nõ tollit ab eis ſimplicitatẽ. ꝛ ſic ꝛc. ¶ Rñ. dicendum ꝙ ſimplicitas eſſentie pꝛiuat
compoſitionẽ ꝛ pꝛiuat eſſentialẽ differẽtiam ſiue multiplicita 52
tem. Uñ ſimplex eſt qḋ non habet compoſitioneꝫ partium. nec multiplicitatem actionum ſiue foꝛmarum. In ſolo autẽ deo ẽ pꝛiuatio compoſitionis ꝛ differẽtie ſiue multiplicitatis. ideo ſimplicitas in ſolo deo eſt eſſentialiter. Unde notãduꝫ ꝙ multiplex eſt compoſitio. Una compoſitio eſt ex partibus eẽntia-
libus. ꝛ hec eſt in oibꝰ ꝑ ſe entibꝰ. Alia eſt ex partibus integrã 53
tibus. ꝛ hec eſt in oibꝰ coꝛpoꝛibus. Tertia eſt ex ptibus diſſimilibꝰ ſiue repugnãtibꝰ. ꝛ hec eſt in oibꝰ animatis ꝛ viuẽtibꝰ. Uñ in oi ſubſtantia per ſe ente. que dicitur creatura. eſt cõpo-

ſitio. Quia oīs creatura aut eſt corporalis aut ſpūalis aut cō
54 poſita ex vtroqꝫ. Silr̄ eſt ꝯſiderare triplicē dr̄iam in creatu-
ris. ¶ Prima eſt ſubſtātie virtutis. ⁊ opationis. ſiue ſubſtan
tie ⁊ accidētis. ¶ Scđa eſt dr̄ia ſuppoſiti ⁊ eēntie. ¶ Tertia
eſt dr̄ia entis ⁊ eſſe. Prima dr̄ia eſt rei ꝓut eſt agēs. Scđa ꝓ
ut exiſtens in gn̄e. Tertia ꝓut eſt ens in ſe. Prima dr̄ia eſt i oī
ſubiecto. qm̄ eſſe ſubiectū bꝫ eſſe mixtū. iō nō agit ex ſe toto.
⁊ iō differt in eo quo agit. ⁊ ꝙ agit ⁊ actio ſiue ſubiecti ꝓprie
tas. Scđa dr̄ia eſt in oī indiuiduo. qꝛ oē indiuiduū bꝫ eſſe li-
mitatū. ⁊ iō ī aliq̄ ꝯuenit. ī aliq̄ differt cū alio. ⁊ iō in oī indiui
duo differt eēntia ⁊ ſuppoſitū. multiplicat̄ eīm eēntia ī ſuppoſi
tis. Dr̄ia tertia eſt in oī creato ⁊ ꝯcreato. qꝛ oē qđ ē ꝓter deū
accipit eſſe aliūde ſiue principiū ſit ſiue ꝑncipiatū. iō nihil eſt
ſuū eſſe. ſicut lux nō eſt ſuū lucere. Si ergo dicat̄ ſimplicitas
ꝑ priuationē cōpoſitiōis. ſic ꝓpriū eſt ſolius dei in rōne ſub-
ſtātie. qꝛ nulla alia eſt ſuba q̄ nō bꝫ cōpoſitionem ex poſſibili ⁊
actuali ſaltē. Si aūt ſimplicitas dicat priuationē eſſentialis
dr̄ie ⁊ depēdētie. ita ꝙ in eſſentia nulla ſit diuerſitas nec de-
pēdentia. eſt ꝓpriū dei in rōne entis. qꝛ nullū aliud ens eſt. in
quo nō cadat aliqua diuerſitas vel depēdentia. Cōcedēdū ḡ
eſt ꝙ ſimplicitas eſt dei ꝓpriū. vt viſum eſt. creature aūt cōpo
ſite ſunt nec vere ſimplices. qꝛ hn̄t eſſe mixtū ex actu ⁊ potētia
qꝛ hn̄t eſſe limitatū. ⁊ ita in gn̄e ⁊ ſpecie ꝑ additionē ꝯtuꝫ. qꝛ
hn̄t eſſe aliūde datū qꝛ hn̄t eſſe poſt deū vnū a quo deficiūt. ⁊
ita cadūt in cōpoſitionē. Aliter pōt dici ⁊ verius ꝙ ſimplex dꝛ
55 ꝑ priuationē cōpoſitionis. Et notandū ꝙ cōpoſitio dꝛ duplr̄.
Uno mō alicuꝰ ex aliq̄bus. Alio mō qua aliq̄d dꝛ cōponi alij.
Si ergo ſimplicitas priuet cōpoſitionē ex alijs. ſic ꝯuenit et
creatis. vtpote primis. q̄ nō cōponunt̄ ex alijs. Si aūt priuet
cōpoſitionē cū alijs ⁊ ex alijs. ſic ſolius eſt dei. Oīs eīm crea-
tura aut eſt ens ꝑ ſe ⁊ in ſe. ⁊ ita cōpoſita ex alijs. Aut eſt ens
cū alio ⁊ in alio. ⁊ ita alij cōpoſita. Et iterū eſſe creatū. aut eſt
principiū. ⁊ ita cōponibile alij. Aut principiatū. ⁊ ſic cōpoſitū
ex alijs. ⁊ ſic accipit̄ ſimplicitas ꝓut eſt rei ꝓprietas ꝑ priua-
56 tionē. videlꝫ vtriuſqꝫ cōpoſitionis. ¶ Ad illud ergo qđ obijci
tur ꝙ ab vno nō eſt niſi vnū ⁊c. Dicēdū ꝙ ſimplex non eſt ꝯdi
tio gn̄alis entis ſicut vnū. Nā ſimplicitas dicit modū vnitatꝫ
nobiliſſimum. quē deus nulli cōicat creature. qꝛ creatura nō
pōt eū recipere. cū eſſe eius ſit limitatū. ſit mixtū. ſic et eſſe de
pēdens ⁊ aliunde datū. ¶ Ad illud qđ obijcit̄ de ſimplicitate
20 eſt dicere plures deos catholice. q₂ numerus pluralis ſignifi
cat pluraficationem termini ſm̄ ſuppoſitum ⁊ formam in nomi
ne ſubſtantiuo cum plurale geminet ſuum ſingulare. ⁊ ideo cū
forma importata per hoc nomen deus nō ſit multiplicata. nō
debet dici plures dij. ¶ Ad illud qḋ obijcitur ꝙ catholice di
21 citur deus generat. dicendum ꝙ non eſt ſimile. q₂ generat ſi⸗
mul importat diſtinctionē cū conueniētia. ſed plures deos ſim
pliciter īportat diſtinctionē quantum ad ſuppoſitū ⁊ formā.
22 ¶ Ad illud qḋ obijcitur ꝙ idem eſt deus ⁊ habens deitatem
Reſpon. ꝙ iſta locutio eſt duplex. q₂ habens deitatē vno mo⸗
do poteſt dici neutraliter. ⁊ ſic eſt vnum ſolum. ⁊ equipollet ei
qḋ eſt deus. qḋ quidē dicit qḋ eſt. Alio mō maſculine. ⁊ ſic nō
habet equipollēs. ⁊ ſic multiplicatur. Pōt tm̄ aliter dici ꝙ deus
nō ſignificat habētem. ſed ſignificat deitatem in comparatio
ne ad habentem ⁊ ideo non multiplicatur. ¶ Ad illud qḋ dr̄ de
operatione. dicendum ꝙ nomen vel pōt ſignificare operatio 23
nem per modum adiacē⸗
tis. ⁊ ſic trahit numerum
aliunde. vel per modum
ſubſtantiui. et ſic nō mul
tiplicatur. et taliter ſigni
ficat hoc nomen deus.
¶ Ad illud quod obijci⸗
tur ꝙ ibi eſt multiplica⸗ Diſtin.
tio ſuppoſitorū et forme trin.
dicendum ꝙ hoc nomen 24
diuinū ē quaſi poſſeſſiuū
vnde imponitur a dupli⸗
ci forma. ſcilꝫ poſſeſſionis
et poſſeſſoris. Et forma
diuinitatis eſt in ratione
poſſeſſoris. et forma poſ⸗
ſeſſoris exiſtente indiui⸗
ſa. numeratur forma poſ⸗
ſeſſionis vt duos ſocrati⸗
ce. et ſic in propoſito. Qm̄
nō numeratur forma dicta.
¶ Ad illud quod obijcitur 25
ꝙ generale contingit ſpe
cificari: dicendum ꝙ pſo
na cū nominat īdiuiduū
intellectualis nature. du
pliciter pōt ſpecificari. ſ.
per propria perſonarū.
vt cū dr̄ tres perſone. id
eſt pater et fili⁹ ⁊ ſpiritus
ſanct⁹ pōt etiā ſpecifica⸗
ri per nature determina⸗
tionem. vt ſic dicatur pſ⸗
ſone diuine vel angelice.
vel humane. Et ſi tu queris quare non ſpecificatur per vnum
nomen. ſicut eſt in creaturis vbi tres perſone angelice dicun⸗
tur tres angeli. Reſponderi poteſt. ꝙ hoc eſt propter inopiā
humani eloquij. qua laborat tam lingua greca ꝙ̄ latina. ſꝫ ma
gis latina. Uel poteſt dici ꝙ hoc non permittit natura ipſo⸗
rum nominum. quoniam nomen ſpeciale a ſpeciali forma im⸗
ponitur. aut igitur impoſitū eſt a natura cōmuni. aut a ꝓprie⸗
tate perſone. Si eſt impoſitum a natura cōmuni. cum illa non
multiplicetur. non potuit ꝑ vnum nomen ſpecificari. Si autē
eſt impoſitum a proprietate perſone. tunc cum illa non commu⸗
niat tribus. non poteſt per illud ſpecificari. ⁊ ideo eccleſia cō
pulſa neceſſitate rñdet nomen generale. ſiue qḋ īportat cōita
tē nois qḋ eſt cōe ⁊ multiplicabile. ⁊ iō nō eſt querēda ſpecifi⸗
catio ꝑ aliud nomē niſi ꝑ nomē adiectiuū. ⁊ ꝑ noīa pſonarū.

¶ Querit ⁊ ſoluit generali⸗
ter quid ſignificetur his no⸗
minibus vnus vel vna duo vl'
due tres vel tria. trinus vel tri
nitas plures vel pluralitas. di
ſtinctio vel diſtincte. cum his
vtimur de deo loquētes. a

Hic diligenter in
quiri oportet. cū
in trinitate non
ſit diuerſitas vel
ſingularitas. nec
multiplicitas vel ſolitudo. qḋ
ſignificetur his nominibus. ſ.
vnus vel vna. duo vel due. tres
vel tria. trin⁹ vel trinitas. plu
res vel pluralitas. diſtincte vl'
diſtinctio. cū dr̄ vnus deus.
due pſone vel tres pſone. plu⸗
res pſone diſtīcte ſunt pſone.
vel cū dr̄ diſtinctio perſonarū
pluralitas perſonarum. tri⸗
nitas perſonarum et huiuſ⸗
modi. videmur enim hoc di⸗

## Diſtin. xxiiij.

Quid ſignificetur per nomen nu⸗merale cum loquitur de diuinis.

Hic diligenter inquiri oportet. cū in trinitate.
Supra excipit magiſter hoc nomē pſona a ge⸗
nerali regula noīm ſubſtātialiū oſtēdēs ꝙ di⸗
cendū eſt tres pſone. nō tres eſſentie. vel tres
dij. vel tres ſubſtātie. Hic incipit ſecūda ps. in
qua determinat qḋ ſignificetur cū dr̄ tres perſo⸗
ne. ⁊ hec pars hꝫ duas ptes. In prima oſtēdit qḋ ſignificetur ꝑ
nomē nūerale ſiue ꝑ dictionē numeralē. In ſcḋa qḋ ſignificetur
per hoc nomē pſona. infra diſtinctione. xxv. cōſiderādum eſt
cū hoc nomē pſona vt ꝓdictū eſt. Prima ps iterū habet duas
In prima querit⁊ ſoluit generaliter. In ſecūda ſolutionē ſuā
adaptat noībus diſtinctis in ſpeciali ibi. Cū em̄ dicitur vnus
deus. Et hec ps hꝫ quattuor partes. In prima determinat qḋ
ſignificetur per vnus et plures. In ſecunda quid ſignificetur
per duo ⁊ tres ibi. Ita etiam cum dicimus tres perſonas no⸗
men ternarij. Tertia qḋ ſignificet diſcretus ⁊ diſtinctus ibi.
Cum autem dicimus diſtincte ſunt perſone. In quarta quid
ſignificētur trinitas ⁊ trinus. ibi. Cum vero dicitur deus trin⁹

a ¶ Cum dicimꝰ plures eſſe perſonas ſingularitatem atq̧ ſolitudinem ex-
1 cludimus. Notandum ꝙ in diuinis recipimus vnitatem nō ſingularitatem nec ſolitudinem. quia ſingularitas excludit cōicabilitatem ſolitudo excludit pluralitatē. ⁊ nos ponimus vnā eſſentiā ī pluribus. ideo hoc nō recipimus. Similr̄ notandū ex parte pluralitatis ꝙ recipimꝰ iſta quattuoꝛ: alietatem pluralitatē diſcretionem. atq̧ diſtinctionē: ſꝫ hec quattuoꝛ econtrario non recipimus ſcꝫ diuerſitatem multiplicitatem. diuiſionē ⁊ ſeparationem. Ratio autē huius eſt q: ſeparatio ſupponit diuiſionem diuiſio multiplicitatem. multiplicitas diuerſitatē. diuerſitas aūt ponit foꝛme vel nature diſtinctionē. Et quia in diuinis eſt nature oīmoda
Ambro. vnitas. ideo cum nō recipiatur diuerſitas nec aliquod iſtoꝛum quattuoꝛ.
Rō dī- Ecōtra diſcretio p̄ſuppo-
n cū dr̄ nit diſtinctionē. diſtictio
nº ē pr̄ pluralitatem. pluralitas
nus eſt alietatem. Alietas autē
filius. nō tm̄ attenditur quātuꝫ ad foꝛmā ſed etiā quātuꝫ ad ſuppoſitum. quia ſunt plures ipoſtaſes. ideo p̄-
2 dicta quattuoꝛ ī diuinis recipiūtur. Diſtinctio autem nominū p̄dictoꝛū hec eſt. Nā de p̄mis quattuoꝛ alietas ⁊ pluralitas impoꝛtant diſtinctionē a
Hylariꝰ parte rei. ſed diſtinctio et
Scō. j. diſcretio per cōparationem ad noſtrā cognitionem. ſꝫ alietas per modū ſubſtantie pluralitas per modum quātitatis q̄uis non ſit ibi vere quātitas. Diſtinctio aūt ⁊ diſcretio differūt. q: diſcretio dr̄ in cōparatione ad viſuꝫ ſed diſtinctio in cōparatione ad tactum. Alia aūt quattuoꝛ differunt ſic. quia diuerſitas attēditur ſꝫ ſubſtātiam. multiplicitas q̄tum ad veram quātitatē.
3 diuiſio quātuꝫ ad poſitionem ſiue ad diſcontinuationē: ſed ſeparatio q̄tuꝫ ad vbi. vel aliter diuerſitas quātum ad pꝛincipiū intrinſecuꝫ multiplicitas quātum ad numerum diuiſio ad terminum. ſeparatio vo attenditur q̄tuꝫ ad medium interiectum.

centes numeroꝝ quātitates ⁊ rerum multitudineꝫ vel multiplicitatē ī deo ponere. Quid ergo iſta ibi ſignificēt ipſo de quo loquimur aperiente inſinuare curemus. Si diligēter pꝛemiſſis autoꝛitatuꝫ verbis intendimus vt dictoꝝ intelligentiam capiamus. magis videtur hoꝝ verboꝛum vſus introductus ratione remouendi atq̧ excludendi a ſimplicitate deitatis que ibi non ſunt q̄ ponendi aliqua.

☞ Solutionē ſuā adaptat noībus diſtinctis in ſpeciali. determinans quid per vnuꝫ ⁊ plures ſignificetur. b

¶ Cū eīm dicit̄ vnꝰ deꝰ multitudo deoꝝ excluditur nec numeri quantitas in diuinitate ponit̄ tāq̄ diceret̄. deꝰ eſt. nec multi ſunt vel plures dij. Vn̄ Ambꝛo. in li. de tri. ait. Cum vnuꝫ dicimꝰ deū vnitas excludit numerū deoꝝ. nec quātitatem in deo ponit: q: nec numerus nec quātitas ibi eſt. Silr̄ cū dr̄. vnus eſt pater vel vnus eſt filiꝰ ⁊ hmōi. ratio dicti hec eſt. ꝙ nō ſunt multi patres. vl̄ multi filij. ita ⁊ de ſimilibus.

a ¶ Item cuꝫ dicimus plures eſſe pſonas ſingularitatē atq̧ ſolitudinē excludimus. nec diuerſitatē nec multiplicitatem ibi ponimꝰ quaſi diceret̄. Sine ſolitudine ac ſingularitate pſonas ꝯfitemur. Unde Hyla. in. iiij. li. de tri. ſic ait. Dixit deus. Faciamus hominē ad imaginē ⁊ ſimilitudinē noſtrā. Quero nunc. an ſolū deū ſibi locutū exiſtimes: an hunc ſermonē eius intelligas ad alterum extitiſſe. Si ſolum fuiſſe dicis ipſius voce argueris dicētis. faciamꝰ ⁊ noſtrā. Suſtulit enī ſingularitatis ac ſolitudinis itelligētiā pfeſſio ꝯſoꝛtij. q: aliqd̄ ꝯſoꝛtiū eſſe nō pt̄ ipſi ſolitario. neq̧ ſolitudo ſolitarij recipit faciamꝰ nec alieno a ſe diceret noſtrā. Attēde lectoꝛ his v̄bis ⁊ vide q: nomine ꝯſoꝛtij pluralitatē ſignificauit. Pꝛofeſſio g̊ ꝯſoꝛtij ē pfeſſio pluralitatis. quā pfeſſus eſt dicēs. Faciamꝰ ⁊ nr̄am pluralr̄ enī vtrūq̧ dicit̄. Sed hac pfeſſione pluralitatis nō diuerſitatē vel multitudinē poſuit. ſed ſolitudinē ⁊ ſingularitatē negauit. Sic ergo cū dicimꝰ: plures perſonas. vel pluralitatem perſonaꝝ ſingularitatis ⁊ ſolitudinis intelligentiam excludimus.

☞ Quid p ternariū ſignificet̄ cū dr̄ tres pſone. c

¶ Ita ēt cū dicimꝰ tres pſonas. noīe ternarij nō quātitatē nūeri in deo ponimꝰ: vel alquā diuerſitatē: ſꝫ intelligentiā nō ad aliū niſi ad patrē ⁊ filiū. ⁊ ſſ. dirigendam ſignificamꝰ. vt ſit huiꝰ dicti intelligentia. Tres pſone ſunt vel tres ſunt. pr̄ ⁊ filiꝰ ⁊. ſſ. i. nec tm̄ pr̄. nec tm̄ filiꝰ. nec tm̄ pr̄ ⁊ filiꝰ. in deitate ſunt: ſꝫ etiā. ſſ. ⁊ nō aliꝰ ab his. Silr̄ nō tm̄ eſt ibi hec pſona vel illa. vel hec ⁊ illa. ſꝫ hec ⁊ illa ⁊ nō alia. Et hoc foꝛe ita intelligenduꝫ.
Aug. ſatis oñdit vbi dicit: ꝙ illo noīe nō diuerſitateꝫ intelligi voluit: ſed ſingularitatē noluit. Augu.

☞ Quid ſignificetur per duo cū dicitur due pſone vel pater ⁊ filius duo ſunt. d

¶ Similr̄ cū dr̄ duo ſunt. pr̄ ⁊ filiꝰ. nō dualitatis q̄titatē ibi ponimꝰ. ſꝫ h̄ ſignificamꝰ. ꝙ nō eſt tm̄ pr̄ nec tm̄ filiꝰ. ſꝫ pr̄ ⁊ filiꝰ. ⁊ hic nō eſt ille. ita ⁊ de alijs hmōi. Ita etiā cū dicimꝰ: pr̄ ⁊ filiꝰ ſunt due pſone. hoc ſignificamꝰ ꝙ non tm̄ pr̄ eſt pſona. nec tm̄ filiꝰ eſt pſona. ſed pr̄ eſt perſona. ⁊ filiꝰ eſt perſona. ⁊ hec non eſt illa.

☞ Ex quo ſenſu dicit̄ in pſonis diſtinctio vel perſone diſtincte. e

¶ Cum aūt dicimꝰ diſtincte ſunt pſone vel diſtictio eſt ī pſonis: cōfuſionē atq̧ pmixtioneꝫ excludimus et hāc nō eſſe illā ſignificamꝰ. Cūq̧ adimꝰ diſtincte ſunt perſone ꝓpꝛietatibꝰ. ſiue differētes ꝓpꝛietatibꝰ aliaꝫ eſſe hanc pſonam: ⁊ aliam illam ſuis ꝓpꝛietatibus ſignificamꝰ. Et cū dicimꝰ aliam et aliam. non diuerſitatem vel alienationem ibi ponimus: ſed cōfuſionem ſabellianam. excludimus.

☞ Quomdo ibi accipiatur diſcretio. f

¶ Ita etiā dnr̄ diſcrete pſone: vel dr̄ diſcretio in pſonis eſſe: eādē intelligētiā facimꝰ. Eodē enī mō ibi accipitur diſtinctio q̄ diſcretio. Et ꝯgrue dr̄ ibi eē diſcretio vel diſtinctio: nō diuerſitas vl̄ diuiſio ſiue ſepatio. vn̄ Amb. in. j. li. de tri. Non eſt ipſe pr̄ qui filius: ſꝫ inter patrem ⁊ filium expꝛeſſa diſtinctio eſt. Diſtinctio. i. diſcretio idē. Ambꝛo.

☞ Quomō trinus trinitas ibi accipiatur. g

¶ Cū vo dr̄ deꝰ trinꝰ: vel cū dr̄ trinitas. id ſignificari videtur qd̄ ſignificatur cū dr̄ tres pſone. vt ſicut nō poteſt dici pater eſt tres perſone. vel filius eſt tres perſone ita non debet dici pater eſt trinitas vel filius eſt trinitas. Hic non eſt pꝛetermittendum ꝙ cum ſupꝛa dictum ſit deum nec ſingularem: nec multiplicem eſſe cōfitendum: idq̧ ſanctoꝝ autoꝛitatibus ſit cōfirmatū. In contrarium videtur ſentire Iſido. dicens. diſtinguendum eſt inter trinitatem ⁊ vnitatem. Eſt enī vnitas ſimplex ⁊ ſingularis trinitas vero multiplex et numerabilis. quia trinitas eſt triū vnitas. Ecce vnitateꝫ dicit eſſe ſingularem. et trinitatem multiplicem et numerabilem. Sed ad hoc dicimus ꝙ ſingularē accepit ſicut ⁊ alij accipiunt vnū multiplicem vo et numerabilem ſicut alij dicunt trinum.

Ad intelligētiam eoꝝum que dicuntur in pꝛeſenti diſtin. eſt queſtio de terminis numeralibus qualiter accipiantur in diuinis. Et circa hoc p̄ncipaliter tria queruntur. Pꝛimo queritur de termino numerali ⁊ partitiuo. ſicut ē hoc no

Contrarietateꝫ apparētem p̄dictoꝛum obijcit ⁊ ſoluit.

men vnus. Scđo de termino ſimplr̄ nūerali. ſicut ē hoc nomē
tres. Tertio de noīe cōplectente vtrūqꝫ. ſicut hoc nomē triuꝰ.
Et quātum ad primā duo queruntᷣ. Primo queritur vtrū hoc
nomen vnus dicatur poſitiue vel priuatiue in diuinis. Scđo
vtrum dicatur ſm̄ ſubſtātiam vel ſm̄ relationem.

A 3 **Queſtio. j.** Q ꝙ priuatiue dicat in oībus vr̄ ꝑ eiꝰ rō
nem. Nam phs dicit ꝙ vnū eſt qđ nō di
uiditur: ſꝫ iſta rō data eſt ꝑ priuationē. igitᷣ vnū dᷓ priuatiue.
¶ Itē cōmētator dicit ſup metaphiſicā. ꝙ vnū ⁊ multa oppo
nūtur ſicut ꝑuatio ⁊ habitus. qꝛ vnū dicit ꝑuationē. multitu
do dicit habitū. ꝙ ſi verū eſt. vnū nō tm̄ in deo: ſꝫ in oībꝰ dicit
priuationē. ¶ Itē hoc ipm̄ vr̄ rōne: qꝛ vnū opponitᷣ ei quod ē
multa: aut ergo ꝯtradictorie: aut relatiue. aut ꝯtrarie. aut pri
uatiue. Non ꝯtradictorie. hoc ptꝫ. Item nec relatiue: qꝛ rela
tiua ſunt ſimul ⁊ vnū depēdet ab alio mutuo: ſꝫ vnū nō depen
det a multis. Nec ꝯtrarie: qꝛ vnū ꝯtrarioꝝ nō eſt alteriꝰ prin
cipium. Sed vnū eſt principiū multoꝝ. igitur ꝑ locū a diuiſio
ne. opponitᷣ priuatiue. Sꝫ cōſtat ꝙ multa dicit poſitionē. igitᷣ
vnum nō dicit niſi priuationē. ¶ Itē ꝙ in deo ſpecialr̄ dᷓ pri
uatiue. videtᷣ qꝛ vnū qđ dᷓ poſitiue eſt principiū multitudinis
⁊ quātitatis: ſed in deo nulla eſt oīno quātitas. igitur nec vnū
poſitiue dᷓ. ¶ Item hoc ipm̄ videtur: qꝛ ſi deꝰ eſt poſitiue vnꝰ
⁊ lapis eſt vnus. videtᷣ igitur ꝙ lapis ⁊ deꝰ ſunt duo. igitᷣ deꝰ
⁊ creatura conſtituūt numerū. ⁊ ſi hoc. deꝰ eſt pars numeri.
qđ ſupra improbatū eſt. Si dicis ꝙ nō ſequitᷣ: qꝛ vnū nō dicitᷣ
vniuoce. Illud eñ nihil ēt videtᷣ qꝛ ſi aliqđ ponit. cū illud ēt
poſſit cōuenire creature. ad minus analogice. ⁊ ſm̄ analogiā
attendatur numeratio: vt cū dᷓ humanitas ⁊ albedo ſunt due
eſſentie. ergo hoc nō ſoluit. ¶ Cōtra. ab eodē hꝫ aliqđ eſſe. et
vnū qm̄ forma que dat eſſe: dat eſſe diſtinctū. ſi igitᷣ ens nō dᷓ
priuatiue ſꝫ poſitiue. pari rōne nec vnū de aliquo dᷓ priuatiue
¶ Itē qđ ſonat in ꝯplementū: ſonat in habitū nō priuationē.
ſed vnū ſonat in ꝯplementū: qꝛ quāto aliqđ ꝑfectius. tāto ma
gis accedit ad vnitatē. igitur vnū nō priuatiue dᷓ. ¶ Item ſi
vnū eſt priuatiuū. cōſtat ꝙ nō niſi reſpectu multitudinis. Sꝫ
ꝯtra. nulla priuatio antecedit habitū naturalr̄: ſed vnū natu
raliter antecedit multa. igitᷣ vnū nō eſt priuatio. ¶ Itē nulla
priuatio cōſtituit ſuū habitū nec ſaluatᷣ in illo: ſꝫ vnū ſaluatᷣ in
multis: ⁊ illa ꝯſtituit. igitᷣ nō opponitᷣ vt priuatio. igitᷣ nō ac
4 cipitur ꝑuatiue. ¶ Rñ. ꝙ quorūdā opinio fuit magrī ꝑncipa
liter. ꝙ qcquid ſit in creaturis de hoc noīe vnū. ī deo nō dicitᷣ
poſitiue ſed ꝑuatiue vt dicit in lr̄a. ⁊ aſſumit autoritatē ab hy
la. quis hylariꝰ nō dicat expſſe. niſi ꝙ hoꝝ nominū vſus ī deo
inuētus ē magis cā priuādi ꝙ aliqđ ponēdi. Et ratio ſua fuit.
qꝛ vnum poſitiue dictū eſt principiū quātitatis ⁊ numeri. deꝰ
aūt in ſe nō hꝫ quātitatem nec ī ſe eſt numerabilis. nec aliꝫ cō
numerabilis. Sed quis hec poſitio ꝓbabilis. habeatᷣ tm̄ cōi
ter nō tenetur. Et ratio huius eſt. qꝛ cum vnū multo cōpletiꝰ
ſit in deo ꝙ in creaturis. multo formalius ibi dᷓ poſitiue. Et
rurſus. cū oīs vnitas ad primā vnitatē reducatur. ⁊ nō eſt re
ductio habitus ad priuationē. neceſſe eſt ꝙ vnū in deo aliqđ
5 ponat. Et ꝓpterea dicēdum ꝙ eſt loqui de hoc noīe vnus in
creaturis vel quātum ad rem intellectā. vel qtū ad rōnem in
telligendi. Si eñ loquamur qtum ad rōnem intelligēdi. ſic
dico ꝙ dᷓ priuatiue vnū. ⁊ rō eiꝰ preaſſignatᷣ ꝑ priuationē di
uiſionis ſiue multitudinis. ⁊ hoc eſt qꝛ vnū eſt primū. ⁊ prima
nō habent intelligi a nobis ⁊ notificari niſi ꝑ poſteriora ⁊ ide
eſt. ꝙ priuatiue dᷓ vnum. vnitas in ſubſtātia. quātitate ⁊ qua
litate. ⁊ qꝛ hꝫ aliquid prius per qđ poſſit intelligi dᷓ poſitiue.
vt idētitas. equalitas. ſimilitudo. ⁊ coꝝ oppoſita priuatiue.
Si aūt loquamur quātum ad rem intellectā. ſic vnū hꝫ reſpe
ctum ad materiā. ⁊ hꝫ reſpectū ad formā. Rōne reſpectus ad
materiā eſt in ſe idiuiſum. tm̄ potētia diuiſibile ⁊ qꝛ potētia ma
terialis ſe hꝫ ꝑ modū priuationis. ſilr̄ ⁊ vnū. Rōne reſpectus
ad formā que dat eſſe diſtinctū ⁊ limitatū. ſic dicit poſitionē.
Qm̄ igitᷣ in deo eſt vnū oīno ſm̄ formā. in creaturis attenditᷣ:
⁊ ſm̄ formā. ⁊ ſm̄ materiā. hinc eſt ꝙ ſolū in deo poſitiue ī crea
turis vo aliqñ accipitᷣ poſitiue. aliquādo priuatiue ⁊ ſm̄ rem.
6 ¶ Ad illud quod obijcitur primo ꝙ diffinitur ſiue notificatur
priuatiue ptꝫ reſponſio. quia ſm̄ rationē ſui nominis eo ꝙ pri
7 mum. ſic dꝫ notificari. ¶ Ad illđ quod obijcitur ſecūdo quod
opponitur vt priuatio dicēdum ꝙ vnū per reſpectū ad nume
rum accipitur priuatiue. ⁊ ſic accipit cōmentator. Per reſpe
ctum ad formā. ꝯtrarie accipitur ſcđm ꝙ multitudo formali
ter accipitur. Per reſpectū ad actū conſequētem qui eſt menſu
rare accipitur relatiue. ⁊ ſcđm genus relatiuoꝝ in quo vnum
nō depēdet ab altero: ſicut ptꝫ in ſcientia ⁊ ſcibili. ⁊ ſic diuerſe 8
ſuper hoc opiniōes ſunt vere. ¶ Ad illud quod obijcitur ꝙ in
deo nō eſt principiū numerādi ⁊c. dicēdum ꝙ vnū dicit priua
tionē multitudinis ſm̄ generalem noīs rōnem ſed illa priua
tio. ⁊ ſi nomine tenus eſt priuatio. tm̄ realiter eſt poſitio. quia
quātomagis eſt priuatio diuiſionis in aliquo. tāto illud eſt cō
pletius ⁊ ꝑfectius. cū igitur in deo ſit ꝑfectiſſima vnitas. ibi
accipitur ſm̄ oīmodā priuationē multitudinis. hoc aūt mō dᷓ
vnū qđ nō hꝫ actu multitudinē. nec eſt in potētia ad multitu
dinem neqꝫ per diffinitionē. neqꝫ per aggregationē. Hoc autē
vnū eſt ꝑfectiſſimū ⁊ ſummū ⁊ infinitū. ⁊ illud nō eſt in poten
tia ad numerū. ⁊ hoc nō eſt aliꝫ cōnumerabile. ⁊ hoc mō eſt in
ſolo deo. Et ſic ptꝫ ꝙ dᷓ deus vnus poſitiue. ⁊ quō differat vni
tas eiꝰ a creatura. ¶ Qđ igitᷣ obijcitᷣ ꝙ vnū eſt principiū mul 9
titudinis. Dicēdum ꝙ verum eſt in vnitate creata: ſed non eſt
verū in vnitate ꝑfecta ⁊ increata. Dico principiū intra ſe ſicut
pars. Vñ nō eſt verū ſi dicatᷣ deꝰ ⁊ creatura ſunt duo aut h im
proprie dictū eſt. ⁊ duo cadit a rōne numeri. ſm̄ rem. Aut ſi di
cat numerū. hoc eſt ſolū a parte intelligētis qꝛ cū intelligit di
uerſa ⁊ diſtincta. accipit ſub rōne numeri. ſicut cū ī intelligit in
tellectus noſter concernit tempus.

**Queſtio. ij.** Vtrū vnus dicatur ſm̄ ſubſtantiā an B
ſm̄ relationē. Qđ ſm̄ ſubſtantiā vr̄: qꝛ
ens ⁊ vnū ꝯuertuntᷣ ſicut vult phus ⁊ Boetiꝰ. ſed ens dicitur
ſm̄ ſubſtantiā. igitur ⁊ vnū. ¶ Item hec cōceditᷣ pater ⁊ filiꝰ ⁊
ſpūſſ. ſunt vnus deꝰ. ſed ſi ſunt vnus deꝰ cū deus nō diminuat
de ratione vniꝰ. ergo ſunt vnus. Sed nihil dᷓ in ſumma de tri
bus ſingulariter quod nō dicatᷣ ſubſtantialr̄. igitᷣ ⁊c. Si dica
tur ꝙ qñ adiectiue tenetᷣ tunc non dicitᷣ ſubſtātialiter. Cōtra
eadē eſt ſignificatio termini qñ tenetᷣ ſubſtātiue. ⁊ qñ tenetur
adiectiue. ¶ Item cū ſubſtantiuatᷣ in neutro gn̄e dᷓ ſubſtātia
liter. cū igitur eadē ſit ſignificatio termini in maſculino et in
neutro. cū eadē ſit impoſitio igitᷣ dᷓ ſubſtātialiter in maſculi
no. Preterea alia noīa in maſculino dicūtur ſubſtātialiter. vt
hoc nomen eternus. Vnde in ſimbolo. Non tres eterni. ſed vnꝰ
eternꝰ. ſimilr̄ ergo vnus. ¶ Itē cum dᷓ pater eſt vnꝰ. aut tene
tur ſubſtātialiter: aut notionalr̄. Si ſubſtātialiter. habeo pro
poſitum. Si notionalr̄. ſed pater hꝫ duas notiones. igitᷣ non
dꝫ vnus dici ſed duo. ¶ Itē notio ⁊ proprietas ſunt idem igᷣ
cum ꝓprietas dicatᷣ ꝙ ꝯuenit vni ſoli. nulla notio pōt dici de
tribus. ſed hoc nomē vnꝰ ꝑdicatᷣ de qualibet pſona. igitur nō
dicit notionē. ¶ Contra. regula eſt ſuperiꝰ habita. diſt. xxij.
Omē quod ꝑdicat ſubſtantiā vel eſſentiā. dᷓ de tribus ſingu
lariter in ſumma: ſed hoc nō cōuenit huic nomini vnꝰ. igitᷣ ⁊c.
¶ Itē nihil ꝑtinēs ad eſſentiā ſiue ſubſtātiā. multiplicatᷣ ſiue
plurificatᷣ. ſed hoc qđ eſt vnꝰ plurificatur: qꝛ pater eſt vnꝰ. ⁊ fi
lius eſt vnꝰ. ⁊ ſunt duo. qꝛ vnꝰ ⁊ vnus. ergo ⁊c. ¶ Item idē eſt
eſſe vnū ⁊ eſſe diſtinctū: ſed cū dᷓ pater eſt diſtinctus. hoc qđ
eſt diſtinctus non dᷓ ſubſtantialr̄. igitur nec hoc ꝙ eſt vnus.
¶ Itē reſpectu cuiuſcūqꝫ termini eſt dicere aliū in diuis. ille
terminꝰ dicit relationē. vnde nō dᷓ aliꝰ deus: ſed reſpectu eiꝰ
ꝙ eſt vnꝰ eſt dicere aliū. Nam pater eſt vnus. ⁊ filiꝰ eſt alius.
ergo ⁊c. ¶ Rñ. dđm ꝙ cū ratio vnitatis ſit ratio diſtinctiōis 10
cū indiuiſione. in diuinis aūt ponamus eſſentiā indiſtinctam
ab alijs eſſentijs ꝑ ſeipſam. ⁊ pſonā diſtingui ab alijs per pro
prietatē. neceſſe eſt etiā in diuinis ponere ⁊ vnitatē eſſentialē
⁊ perſonalē. Qm̄ igitᷣ pſona nō eſt aliud ab eſſentia vnitas eſ
ſentie ⁊ perſone. nō ſunt due vnitates ſm̄ rem: ſed vna ratione
differens. Ideo vnitas de hac ⁊ illa non dᷓ equiuoce. qm̄ nec
illi nec iſti imponitur ſpecialr̄. Quia ergo cōcretū nō accipit 11
ſpecialē ſignificationē ab abſtracto. hoc nomē vnꝰ importat in
diuinis vnitatē eſſentialē ⁊ perſonalē ⁊ cū adiectiue tenetᷣ. in
differēter importat vtrāqꝫ. determinatᷣ aūt ꝑ adiunctū. cū eñ
additᷣ termino eſſentiali importat eſſentialē: cū additᷣ termio
notionali iportat pſonalē. cū aūt ſubſtātiuatᷣ neceſſe eſt ꝙ ex ip
ſo determinetᷣ. Et iđ cū neutrū genꝰ importet ꝙ dicit ſub indi 12
ſtinctionē ī neutro ꝯueniēter attributū ē ſiue appropatū vni
tati eēntiali. In maſculino vo qꝛ iportat diſtinctionē ⁊ ſuppo
ſitū certū ⁊ qꝛ dicit rōnē ꝓducētis. appropriatū eſt vnitati pſo
nali. Et iđ ptꝫ ꝙ ſic nō accipitᷣ vt ens neqꝫ vt ꝯuertibile cū eo:
ſed

ſed ſolū in neutro. Patet etiā ſcdm ꝙ ibi eſt fallacia figure di
ctionis. ex cōicatione iſtius termini vnus. Quāuis eñ nō va
rietur ſignificatio per ſubſtātiuationem. neq; per generis di
uerſitatē. poteſt tamen nihilominus diuerſificari modus ſup
ponendi maxime ſi vſus hoc facit. ⁊ ratio ſit conueniēs vſui.
¶ Ad illud quod obijcitur ꝙ eternus dicitur eſſentialr̄. patet
13 reſponſio. q: eternitas dr̄ ſoluȝ eſſentialiter: ſed vnitas perſo
naliter. Aliqui tamen dicūt ꝙ hoc eſt in hoc nomine vnus: q:
eſt nomen partitiuum ⁊ habēs in ſe articulum. ¶ Ad illud qd̄
obijcitur aut predicat notionē ⁊c. dicēdum ꝙ predicat notio
nem: ſed attendēdum ꝙ non quācunq;: ſed perſonalē que fa
cit eſſe vnū. ⁊ illa eſt vna in qualibet perſona. ¶ Ad illud qd̄
14 obijcitur notio dr̄ de vno. dicēdum ꝙ eſt ſignificare notioneȝ
ſub rōne propria. vt per hoc nomen paternitas. Et cōiter. vt
per hoc nomen relatio. notio. vnitas ⁊ ꝓprietas. que idem di
cunt ſub rōnibus diuerſis. ſenſus eſt eñ ꝑſona vna. i. vnica ꝑ
ſonali ꝓprietate in ſe indiſtincta. ⁊ ab alijs diſtincta.

Secundo principaliter queritur de nominibus pure
numeralibus. vt ſunt duo ⁊ tres ⁊c. Et circa hoc ſimi
liter queruntur duo. Primo vtrum dicantur poſiti
ue aut priuatiue. Secūdo vtrum dicātur ſm ſubſtā
tiam aut ſm relationem.

C **Queſtio. j.** Q: dicātur priuatiue ſolū. videtur au
ctoritate magrī qui dicit ꝙ horum vſus
magis eſt inductus cauſa priuandi ꝙ ponēdi. ⁊ videtur ꝑ au
ctoritates alioȝ firmari auctoritas magiſtri. Dicit eñ Boeti⁹
in lib. de tri. Illud vere eſt vnum in quo nullus eſt numerus.
ſed in diuinis vnū eſt veriſſime. igitur in diuinis nō eſt nume
rus: ergo iſti termini in diuis aut falſo dicūtur aut nō ꝑdi
cant numerū. Sed nō dicūt aliud ꝙ numerū ſi aliquid ponūt
igitur ⁊c. ¶ Iteȝ Iſido. dicit. Numerus virtus eſt memeris.
id eſt diuiſionis ſm ethimologiā: ſed in deo nō cadit diuiſio.
ergo numerus. igitur idem quod prius. ¶ Item dicit phs ꝙ
numerus eſt multitudo mēſurata per vnum: ſed in deo nō ca
dit menſuratio cum ipſe ſit immēſus. igit̄ ⁊c. ¶ Item videtur
hoc per rationē. A quocūq; remouet̄ genus ⁊ ſpecies. ſed ge
nus quātitatis remouetur a deo. ergo ⁊c. ¶ Itē in quocūq; ē
genus: neceſſe eſt ponere aliquā ſpecierū. igit̄ ſi numerus ē in
deo: vel ibi eſt trinarius: vel binari⁹. vel aliq̄s alioȝ. Sed ſan
cti oēs ſpecies negant. igitur ⁊ genus. igit̄ idē quod prius.
¶ Contra. ſi tm̄ priuatiue tres diceretur. q: nō ſunt vnus vel
duo. tūc igitur pari ratiōe poſſet dici chimere ſunt tres: q: nō
ſunt vna vel due. ſed illud nō dicit̄. igitur ⁊c. ¶ Item ꝙ dicat
numerū videtur. Euſebius dicit. In diuinis eſt numerus ſed
nō ordo. Sed ſi eſt ibi numerus. tūc cōtingit illum ſignifica
re. ⁊ ſi hoc. ergo poſitiue tenent̄ dictiones que illū ſignificāt.
¶ Item Bernar. Si vna eſt eſſentia. ⁊ tres ꝑſone. quis nūe
rum neget. q. d. nullus. igitur ⁊c. ¶ Item hoc ipm videt̄ rōne
q: diſcreta quātitas eſt maioris abſtractionis ꝙ cōtinua. igi
tur diſcretio magis ꝙ duratio. Sed nomē dicens in diuinis
durationē dicit poſitiue. vt etern⁹. igitur ⁊ nomē dicēs diſcre
tionem. ¶ Itē in quocūq; eſt ponere ſpeciē poſitiue. eſt pone
re genus: ſed in deo eſt ponere trinitatē. igitur ⁊ pluralitatē.
¶ Rñ. ad predictoȝ intelligentiā notandum ꝙ poſitio magrī
15 fuit ꝙ hmōi noīa numeralia nō ponerent aliquid in diuinis.
ſed priuarent: ſicut patet in littera. Et ratio huius poſitionis
fuit: quia hmōi nomina ſi aliquid ponūt. vtiq; numerum po
nunt: ſed numerū dicit nō eſſe ponēdum in diuinis. ⁊ ideo di
cit ⁊ auctoritas ſanctorū cōfirmat. Cum eñ in diuinis nō ſit di
uiſio ⁊ ſeparatio. nō ſit etiā aggregatio. nō ſit etiam menſura
tio. ⁊ numerus ſeparationē importat antecedēter. ⁊ aggrega
tionem ⁊ mēſurationem cōſequenter. numerus in diuinis nō
eſt ponēdus. ideo etiā dictiones numerales in diuinis nō di
cunt aliqd: ſed magis priuāt maiorē ſcȝ numerū ⁊ minorem.
Sed nec poſitio nec ratio poſitionis videtur eſſe ꝯueniens ſi
interius attēdatur. Poſitio eñ deſtruit ſeipſam. Ponit eñ ꝙ
noīa deſignātia pluralitatem dicātur priuatiue. Similr̄ ⁊ no
mina ſignificātia vnitatem. ⁊ ſi hoc. ſic inuicē opponuntur vt
vtrūq; ſit priuatio alterius. erit ibi circulatio in notificādo. ⁊
ſi vtrūq; alteri⁹ priuatio eſt. cū ꝑuatio nō ſit: priuationis ſed
habitus vtrūq; aliqd ponit. ⁊ ita ſi dicūtur priuatiue. dicunt̄
poſitiue. ⁊ ſic poſitio nō eſt ꝯueniēs. Rō ſimilr̄ poſitionis nō
eſt ꝯueniēter aſſumpta. Nā numer⁹ importat diſtinctionem. ⁊
ſup hoc cōpoſitionē aggregatōis. ⁊ ꝙuis i diuis nō ſit aggre
gatio nihilomin⁹ eſt diſtinctio. iō numer⁹ nō ſimplr̄ remouen
dus eſt a diuis. ſed numerus talis. Et magrī oīno remouet. iō
in poſitione ſua defecit. Et in illo articulo cōiter nō tenetur a
magrīs pariſieñ. Cōcedendū igit̄ ꝙ hmōi noīa dn̄r poſitiue ſi
cut ꝓbant rōnes ad hoc inducte. ⁊ ꝯcedendū ꝙ in diuinis ali
quo mō eſt numerus. aliquo mō nō. Nā ſm ꝙ dicit diſtinctio
nem ꝑſonalē ſm originē: ſic dōm eſt numerū eſſe in diuinis ſȝ
aūt ꝙ aggregationē ⁊ diuiſionē ſubſtātialē dicit. nō eſt ponē
dus numerus in diuis. ¶ Ex his patēt obiecta. Nā rōnes ad
primā partē procedūt de numero ſm eā acceptionē qua ſumit̄
in iſtis inferiorib⁹ ꝙtum ad ꝯditiones ꝑdictas. Unde in ſen
ſu ſuo verū cōcludūt ꝙ ibi nō eſt numerus. Silr̄ rōnes ad par
tem oppoſitam procedūt ſm ꝙ numerus diſtinctionē certam
importat. ⁊ hoc quidē eſt ponere in diuinis. ⁊ ideo verū cōclu
dunt in ſuo ſenſu. Uñ in diuinis negādum eſt eſſe numerū ſim
pliciter: ſed ꝯcedendū eſt numerū eſſe perſonaȝ. ¶ Ad illud
tñ quod obijcit̄ de quātitate cōtinua ⁊ ſpecie numeri dicēdū 16
ꝙ nec quātitas cōtinua eſt in deo. quia eternitas nō eſt quāti
tas. nec trinitas eſt ſpecies numeri.

**Queſtio. ij.** Utrum ꝑdicta noīa dicantur in diuis D
ſm ſubſtantiā aut ſm relationē. Et ꝙ
ſubſtātiā videt̄. Quia ſicut dicit Boe. ⁊ Aug. Quātitas i ſub
ſtantiā trāſit. ſed numerus quātitatē dicit. ergo trāſit in ſub
ſtantiam ergo dictiones numerales ſm ſubſtātiam dicūtur.
¶ Itē oē nomē quod dicit̄ ad ſe: dicit̄ ſm ſubſtātiaȝ: ſȝ duo
⁊ tres eſt nomē quod dicit̄ ad ſe. nō ad aliud: ergo dicunt̄ ſm
ſubſtātiam. ¶ Item cū dr̄ pater ⁊ filius et ſpūſſctūs ſunt hoc
ꝙ eſt tres. aut dicit̄ notionalr̄. aut eſſentialr̄. Non notionalr̄:
q: nulla eſt notio que cōiter dicatur de tribus. igitur dr̄ eſſen
tialr̄. ¶ Itē notiōes ſunt quinq;: ſed ſi termini numerales im
portant pluralitatē notionuȝ. igitur erit numerus quinari⁹ in
diuinis igitur nō tres: ſed quinq; ſunt: ſed hoc eſt falſum. igit̄
non dicūtur notionalr̄. ſed dicūtur eſſentialr̄ ſiue ſubſtātiali
ter. ¶ Cōtra. oē nomen pertinēs ad ſubſtātiam nō dicitur
pluraliter ſed ſingulariter: ſed tres tm̄ dicit̄ pluraliter: ergo
nullo modo dicit̄ ſm ſubſtātiam: ergo dicitur ſm relationem.
¶ Item oē nomē ſubſtātiale predicatur de qualibet perſo
na: ſed tres de nulla ꝑſona predicatur. ergo ⁊c. ¶ Item ſi hoc
nomē tres ſm ſubſtātiā dr̄: ergo licet addere terminū ſubſtā
tialem. igitur poſſumus dicere tres deos vel tres ſubſtātias:
quoȝ vtrūq; eſt ꝯtra fidē. ¶ Rñ. dicēdum ꝙ aliqui voluerūt 17
dicere ꝙ hmōi termini numerales nihil aliud dicāt in deo ꝙ
hoc nomē perſone pluraliter. Unde ſi dicat̄ perſone ſunt tres
ideȝ ſubijcitur ⁊ ꝑdicatur: ⁊ rō ⁊ modus intelligēdi hic eſt: q:
ſi ponerētur forme eſſe ab eterno ſicut imponit̄ platoni ꝙ po
ſuit tūc plures eſſent. ⁊ in aliquo certo numero. ſed numerus
ille. nec eſſet ꝓprietas: nec paſſio ꝯſequēs: ſed ipſe forme nūe
rales. ⁊ per hūc modū dicere tres in diuinis nō eſt dicere niſi
tres ꝑſonas. Sȝ illud nō opȝ dicere: qm̄ ſi idem eſſet oīno tūc
videret̄ eſſe nugatio ſi dicerētur tres ꝑſone vna ꝑſona: ⁊ vide
retur nō plus dici cū dr̄ tres ſunt ꝑſone. ⁊ ꝑſone ſunt perſone.
Et propter hoc alius modus dicēdi eſt ꝙ hmōi termini nume
rales dicūtur ſm relationem: ⁊ importat notiones. ⁊ hoc patȝ
q: in diuis importāt diſtinctionem. diſtinctio aūt eſt a ꝓprie
tatibus. Unde tres importāt proprietatem triū perſonaruȝ in
cōcretione. Notio aūt inꝙtum cōuenit ſoli deo dicitur eſſe ꝓ
prietas inꝙtum vno ab alio diſtinguit. dr̄ eſſe vnitas. Unde di
cūtur ꝑſone tres tribus ꝓprietatibus diſtincte. Et ſi tu que
ris. quid dr̄: qñ dicit̄ tres notiones. Dicēdum ꝙ ſeipſis diſtin 18
guūtur ꝓprietates. ideo nō dicit niſi notiones ipſas. ¶ Ad il
lud igitur quod obijcit̄ ꝙ quātitas trāſit in ſubſtātiam. dicen
dum ꝙ numerus in creaturis eſt quātitas: ſȝ in deo dicit rela
tionē. ⁊ hoc patȝ ſic. diſtinctio in creaturis eſt ꝑ alicui⁹ ꝓprie
tatis vel qualitatis appoſitionē. ⁊ ita per additionē. vbi autē
additio ibi limitatio. vbi limitatio. ibi vni⁹ ab alio diuiſio. et
vbi hec ſunt ibi aggregatio diuerſoȝ ⁊ mēſuratio. ⁊ q: quāti
tatis ē mēſurare. ad diſtinctionē in inferiorib⁹ ſequit̄ nūerus
⁊ eſt modus eēndi ꝯñs materiā cū forma. In diuis aūt eſt di
ſtinctio per originē nō ꝑ additionē alicui⁹ ⁊ ideo nulla addi
tio nulla limitatio. ⁊ vbi hoc nō ē. nec mēſuratio. ⁊ iō nec ꝙti
tas. Sȝ vbi origo. ibi habitudo ⁊ relatio. ⁊ iō in diuinis nume
rus nō dicit quātitatem ſed magis relationē. ſed quoniam re

latio non tranſit in ſubſtantiã.igitur nec termini numerales.
19 ¶ Ad illud quod obijcitur ꝙ dicunẗ ad ſe dicendum ꝙ nomẽ
dici ad aliud.poteſt eſſe dupl'r.Uno modo intra vel extra vel
implicite vel explicite.Et illud nomen ſubſtãtial'r dicitur qð
nõ dicit ad aliud nec intra nec extra.nec implicite nec explici
te.Sed termin⁹ numeralis dicit relationẽ ad aliqđ intra:q:
impoꝛtat diſtinctionem numeratoꝝ.⁊ implicat relationem.
20 ¶ Ad illud quod obijcitur nulla notio dicitur de tribus.Di/
cendũ ꝙ verũ eſt nulla notio determinata:ſed cõmune ad no
tiones ſm rationẽ dicitur de tribus.vt hoc nomẽ relat⁹.⁊ hoc
nomen diſtinctus.⁊ alia noïa cõſimilia.¶ Ad illud qð obijci/
21 tur ꝙ notiones ſunt quinq̧.Dicendũ ꝙ tres nõ quaſcũq̧ no/
tiones impoꝛtat:ſed ſolum perſonales.Illa enĩ notio que fa/
cit illã perſonã eſſe perſonã.⁊ ab oĩbus diſtinctaʒ.illa dicitur
vnitas perſone inq̃tum dat eſſe diſtinctuʒ.⁊ illa notio eſt vna
vnius ſicut vna eſt vnitas vnius.⁊ ille ſunt tñ tres.⁊ ideo cũ
ſint tres vnitates in tribus perſonis.hinc eſt ꝙ perſone ſolũ/
modo tres dicuntur.

Tertio principaliter queritur de differentia nomi
num numeraliũ.ſicut eſt hoc nomen trinus vl' tri
nitas.Et circa hoc queruntur duo.Primo vtruʒ
huiuſmodi nomina impoꝛtant vnitatem.Secun
do dato ꝙ ſic.queritur cuiuſmodi ſit illa vnitas
quam impoꝛtant.

E **Queſtio.j.** Quod impoꝛtent vnitatẽ.videtur pri/
mo per ethimologiã.trinitas enĩ dicit
quaſi trium vnitas.⁊ ſimil'r ⁊ trinus.¶ Item hoc videẗ:q: in
diuinis reperiẗ hoc nomẽ trinitas:ſed nõ hoc nomen trinari⁹
Sed hec duo eãdem pluralitattem impoꝛtãt:ergo hoc nomẽ
trinitas.ſi recipiatur in diuinis.hoc non eſt ratione plurali/
tatis.ergo hoc nomẽ trinitas vltra pluralitatẽ aliquid impoꝛ
tat.⁊ nõ niſi vnitatẽ.ergo ⁊c.¶ Iteʒ in diuinis recipitur hoc
nomen trin⁹:ſed nõ recipitur hoc nomen triplex.non enĩ dicit
deus triplex ſicut dꝛ multipliciter in littera.ſed fides cõmuni
ter dicit deum trinum:igitur aliquid dicit vltra hoc qð eſt tri
plex.ſed nõ pluralitatẽ.igitur vnitatem.¶ Item magiſter di
cit ſupra diſt.xxij.trinitas eſt nomẽ quaſi collectiuũ:ſʒ nomẽ
collectiuũ nõ tñ impoꝛtat pluralitatẽ:ſed etiam vnitatem.
ergo ⁊c.¶ Cõtra.ex tribus pſonis nihil vnũ fit.ſed ex pluri/
bus vnitatibus creatis aliqđ fit ſiue reſultat:ergo numer⁹ in
creaturis dictus potius dʒ impoꝛtare vnitatem ꝙ in diuinis.
ſed cũ dꝛ in creaturis binarius vel trinarius.ita impoꝛtat nu
merum ꝙ nec vnitatẽ.ergo nec hoc nomen trinitas dʒ in diui
nis impoꝛtare.¶ Itẽ ſi trinus ⁊ trinitas impoꝛtãt pluralita/
tem ⁊ vnitatẽ cum nullũ nomen ſit diſtinctum ⁊ indiſtinctum:
nec habeat pluralitatẽ diſtinctionis ⁊ vnitatẽ indiſtinctionis
de nullo noïe in diuinis poterit dici.¶ Item ſi vnitatem im/
poꝛtat:ergo cuʒ idẽ nõ debeat ſibi copulari male ⁊ nugatoꝛie
dicitur in hymno confeſſoꝝ in fine.qui ſupꝛa celi reſidens ca/
22 cumen.totius mundi machinã gubernat trin⁹ ⁊ vnus.¶ Rñ.
dicẽdum ꝙ q: in diuis ſingulari modo eſt numerus ſcʒ ex di/
ſtinctione ſuppoſitoꝝ cũ vnitate foꝛme.ſpeciali debuit expꝛimi
nomine quod ſimul dicit pluralitatem ⁊ vnitatem.quia ergo
hmõi nomina impoꝛtant pluralitatem ⁊ vnitatem.ideo ſunt ſi
23 milia nominibus collectiuis.Sʒ quia vnitas collectiuoꝝ eſt
vnitas aggregationis que cõſequitur pluralitatẽ.hic aũt eſt
vnitas foꝛme que nõ eſt pluralitatẽ ↄſequens.ideo nõ eſt col
lectiuum tale nomẽ.Et ideo dicit magr̃ ꝙ eſt quaſi collectiuũ
Et per hoc pʒ primũ in ↄtrariũ.Cõcedendũ ergo ꝙ impoꝛtat
pluralitatẽ ⁊ vnitatẽ.¶ Ad illud quod obijciẗ nullũ nomẽ im
poꝛtat ſimul vnitatẽ ⁊ pluralitatem.Dicendũ ꝙ hoc verũ eſt
rõne foꝛme:ſed cum ſit vnũ in foꝛma.põt habere pluralitateʒ
24 ſuppoſitoꝝ.⁊ hoc nõ eſt incõueniens vel impoſſibile.¶ Ad il
lud qð obijciẗ de nugatione.dõm ꝙ ſicut hoc verbũ cede ha/
bet intellectũ huius verbi dãdi ⁊ loci:ſed cũ dꝛ cede locuʒ ca/
dit ab intellectu.ſimiliter in pꝛopoſito.⁊ ſimiliter intelligen/
dum de relatiuis cum dicitur filij pater.

F **Queſtio.ij.** Cuiuſmodi ſit illa vnitas quã impoꝛ/
tat hoc nomẽ trinitas vel trin⁹.vtrum
vicʒ ſuppoſiti vel eẽntie.Et ꝙ eẽntie vr̃.q: hoc qð eſt trinitas
dꝛ de oĩbus ſimul in ſingulari.Sed hoc cõuenit ſolũ termino
impoꝛtãti vnitateȝ ſubſtãtialẽ.ergo ⁊c.¶ Itẽ nulla vnitas eſt
triũ niſi eſſentia vel eſſentialis vnitas:ſʒ trinitas eſt triũ vni/
tas.ergo hoc nomen trinitas dicit eſſentialẽ vnitatẽ.pari rõ
ne ⁊ hoc nomẽ trin⁹.¶ Itẽ nec hoc nomẽ trinitas nec hoc no
men trin⁹ dꝛ de pſona ꝗ nõ impoꝛtat vnitatẽ pſonalẽ.Nõ enĩʒ
hec ↄceditur pſona eſt trina vel pſona eſt trinitas.¶ Contra.
hmõi noïa ſimul impoꝛtãt vnitatẽ ⁊ pluralitatẽ:ſʒ ſola vnitas
pſone eſt plurificabilis nõ eſſentie:ergo impoꝛtãt vnitatẽ pſo
ne.¶ Itẽ vnitas eſſentie pꝛedicaẗ de patre:ſed neq̧ hoc no/
men trin⁹:neq̧ hoc nomẽ trinitas pꝛedicaẗ de patre.igiẗ ⁊c.
¶ Item vnitas eſſentie pꝛedicaẗ de eſſentia:ſed nequaq̃ dici
tur eſſentia diuina eſt trina.igiẗ nõ dicit vnitatẽ eſſentialem.
Queritur igitur quã vnitatẽ impoꝛtent.⁊ vtrũ dicanẗ iſta no
mina ſm ſubſtantiã an ſm relationẽ.Et cuʒ dicãtur de oĩbus
ſimul in ſingulari.videtur dici ſm ſubſtãtiam.cum iterũ non
dicantur de aliquo ſigillatim.nõ videtur dici ſm ſubſtantiã.
¶ Rñ ad pꝛedictoꝝ intelligentiã dicendũ ꝙ ad hoc cõſuevit 25
dici ꝙ hoc nomen trinitas duplicẽ hʒ ethymologiã.Uno mo/
do trinitas dꝛ vnitas ter.⁊ ſic nomen numerale cadit in eo vt
complementũ.⁊ ſic dꝛ ſm relationẽ ſicut termini numerales.⁊
vnitas quã impoꝛtat eſt vnitas perſonalis nõ eſſentialis:q: il
la plurificatur.Alia ethimologia eſt.trinitas eſt vnitas triũ.
⁊ tunc vnitas nõ numeratur ſed ſignificatur vt cõicabilis tri
bus:⁊ qm̃ hec vnitas eſt eſſentialis:ideo impoꝛtat vnitatem
eſſentialẽ.⁊ hec quidem ethimologia abſq̧ dubio habet veri
tatem.Sed pꝛima nõ videtur habere veritatẽ.Nam cũ eãdeʒ
ſignificationẽ habeat trinus ⁊ trinitas.ſi illa eſt ethimologia
trinitas vnitas ter:tũc trinus diceret̃ vnus ter.Hoc autẽ nõ
põt dici de deo.videlʒ ter vnus cũ tñ dicatur trinus.pꝛopter
quod dicendum ꝙ hmõi nomina impoꝛtant vnitatem foꝛma/
malem ſiue eſſentie cum pluralitate ſuppoſitoꝝ.⁊ ideo habẽt
quodãmodo naturam termini ſubſtãtialis in hoc ꝙ dicuntur
de tribus ſingulariter:⁊ termini numeralis in hoc ꝙ dicũtur
de nullo per ſe.¶ Ad illud qð obijciẗ ꝙ ſola vnitas pſone eſt
plurificabilis.dõm ꝙ trinitas nõ impoꝛtat pluralitateʒ circa
vnitatẽ in recto.ſed ſolum in obliquo.ꝙ ſit trium vel in trib⁹. 26
⁊ hoc eſt eſſentie.¶ Ad illud quod obijcitur ꝙ vnitas eſſentie
pꝛedicatur de patre.dicẽdum ꝙ verum eſt:ſed nõ ratione hac
quia plures in ea conueniũt.ſicut animal pꝛedicaẗ de homine 27
non ea ratione qua diuerſa ſpecie in eo conueniũt:⁊ quia trini
tas impoꝛtat illam vnitatẽ vt in pluribus.ideo ⁊c.¶ Ad illud
quod obijciẗ ꝙ nõ dꝛ eſſentia trina neq̧ trinitas trina.Dicen/
dum ꝙ hoc nomen trinus impoꝛtat vnitatẽ vt in concretione 28
⁊ ita inherentẽ pluribus.Et ideo de eo ſolo.dꝛ ꝙ impoꝛtat vni
tatem vt in ↄcretione vt hoc nomen de⁹ qð quidẽ ſupponit p/
ſonas.⁊ q: tale eſt hoc nomen de⁹.iõ cõcediẗ.deus eſt trinus
nec deitas eſt trina:q: deitas nõ ſupponit pſonaʒ.ſil'r nec hoc
nomen trinitas.⁊ ſic patent obiecta.

**Diſtinctio.xxv.** Quid ſignificat hoc nomẽ per
ſona.

Preterea ↄſiderandũ ꝙ cũ hoc nomen perſo
na.⁊c.Supꝛa oñdit magr̃ qđ ſignificaẗ per
terminũ numeralem cum dꝛ tres perſonas.
hic ſubdit quid ſignificeẗ per iſtũ terminuʒ
pſona.Et diuidiẗ hec pars in duas.In pꝛi
ma queritur ⁊ opponit.In ſcđa ſoluit ibi.qđuiſ
dam vr̃ ꝙ noïe pſone.¶ Pꝛima pars habet
tres partes.In pꝛima mouet dubitationẽ.In ſcđa opponit p
autoꝛitatẽ Augu.oſtendens ꝙ dicitur ſm ſubſtãtiam.ibi.per
ſona enĩ vt ſupꝛa ait Augu.Tertio opponit per rationem.ibi.
Aliter etiam videtur poſſe oſtendi ꝙ nomine perſone.vbi mõ
ſtrat illud idem.Similiter ſecunda pars in qua ſoluit diuidi
tur in duas.In pꝛima ſoluit ſm opinionem alioꝝ qui dicunt
ꝙ perſona accipitur ſm eſſentiam.tamen relatam ad ſuppoſi
tum.In ſecunda ſoluit ſm opinionẽ ſuã per diſtinctionẽ.ibi.
¶ Sciendum eſt igitur ꝙ hoc nomẽ perſona multiplicẽ intel
ligentiam facit.Et hec pars diuidiẗ in duas.In pꝛima parte
oſtendit quomõ accipitur hoc nomen perſona in plurali.Se/
cundo quõ accipiẗ in ſingulari.cũ diciẗ alius eſt pater.alius
eſt fili⁹.Ibi nũc inſpiciam⁹ vtrũ ſm eãdem rõnẽ.Pꝛima pars
hʒ tres partes.In pꝛima ponit diſtinctionem per quã ſoluit.
In ſecũda cõfirmat per autoꝛitatẽ Augu.ibi.⁊ hic ſenſus ad/
iuuatur ex vbis.In tertia ad obiectionẽ reſpõdet ibi.Ad hoc
aũt ꝙ illi dicunt.Similiter ſequens pars habet tres partes.
In pꝛima determinat quomodo accipiẗ perſona.cum dicitur

alia eſt perſona patris. Secundo quomodo accipitur cum dicitur. Alius eſt pater in perſona. Tertio hoc confirmat autoritatibus. primuȝ facit ibi. Nūc inſpiciamus ⁊c. Secundum ibi. deinde queritur vtrum ſm eandem rationem. Tertiū ibi. ꝙ autem ſm ſubſtantiam dicatur.

☞ Mouet dubitationem q̇d ſignificatur cū dicitur pluraliter tres perſone vel due perſone. a

Preterea ꝯſiderandū eſt ꝙ cū h̄ nomē ꝑſona (vt predictū eſt) ſm ſubſtantiā dicatur que ſit intelligentia dicti cum pluraliter profertur tres perſone vel due perſone. ⁊ cuȝ dicitur. Alia eſt perſona patris: alia eſt perſona filij: alia eſt perſona ſpiritusſancti. Si enim in his locutionibus perſone vocabulum eſſentie intelligentiam facit plures eēntias ꝯfiteri videmur ⁊ ita plures deos. Si v̄o eſſentie ſignificationē ibi non tenet. alia eſt huius nominis ratio cum dicit̄ pater eſt perſona vel fili⁹ eſt perſona. ⁊ alia cum dicitur. pater ⁊ filius ⁊ ſpiritus ſanctus ſunt tres perſone. ⁊ cum dicitur. Alia eſt perſona patris. alia filij ⁊ huiuſmodi.

☞ Opponit aūt Auguſtinus oſtendēs ꝙ ſm ſubſtantiam ſiue eſſentiā dicitur. Alia eſt perſona patris alia filij: ſiue tres perſone: vt cum dicitur. pater eſt perſona. filius eſt perſona. b

¶ Perſona eñ vt ſupra ait Aug. ad ſe dicitur: ⁊ idē eſt deo eſſe perſonā qḋ eſſe. ſicut idē eſt ei eē quod deū eſſe. Unde manifeſte colligitur ꝙ eſſentiam diuinam predicamus dicentes. pater eſt ꝑſona filius eſt ꝑſona ſpiritusſanctus eſt perſona. i. eſſentia diuina. et omnino vnum et idem ſignificatur nomine ꝑſone. i. diuina eſſentia cū d̄r. pater eſt ꝑſona. ⁊ filius eſt ꝑſona. quod ſignificatur noīe dei cū dicitur pater eſt deus. fili⁹ eſt deus. Ita etiā idem ſignificatur cum d̄r. Deus eſt de⁹ ⁊ deus eſt perſona. Utroqȝ eñ noīe eſſentia diuina intelligitur: q2 vtrūqȝ ſm ſubſtātiā d̄r. Cū v̄o d̄r. Pr̄ ⁊ filius ⁊ ſpūſſctūs ſunt tres ꝑſone. quid noīe perſone ſignificamus. an eſſentiam. Hoc eñ videtur ſi ſupra poſita verba auguſtini diligenter ſcrutemur. Supra eñ dixit ꝙ ideo tres perſonas dicimus quia id quod perſona eſt. cōmune eſt tribus. Et item quia pater eſt perſona. ⁊ filius eſt perſona. ⁊ ſpiritusſanctus eſt perſona ideo tres perſone dicūtur. Uidetur ergo eādem tenere ſignificationē hoc nomen ꝑſona cum dicitur. tres perſone quā habet cum dicit̄. Pater eſt perſona. fili⁹ eſt perſona ſpūſſanctus eſt ꝑſona. Quia vt oſtendit Augu. hoc dicitur. i. tres perſone propter illud: quia id quod perſona eſt cōmune eſt eis. Id ergo quod cōmune eſt eis. i. patri ⁊ filio ⁊ ſpūiſancto. videtur ſignificari nomine ꝑſone. cum dicitur tres perſone.

☞ Opponit ꝑ rōnem poſſe oſtendi. ꝙ ſm ſubſtantiam ſiue eſſentiā dicat̄ etiā cū pluralr̄ ꝓfertur. c

¶ Aliter ēt v̄r poſſe oñdi. ꝙ ibi noīe ꝑſone ſignificet̄ eēntia cū d̄r tres ꝑſone. Ut eñ ſupra dixit Aug. ea neceſſitate dicim⁹ tres ꝑſonas. vt rñderem⁹ q̄rētibus q̇d tres vel q̇d tria. Cū g̊ querit̄ q̇d tres vel q̇d tria cōuenienter rñdetur cū d̄r tres ꝑſone. At cū querit̄. quid tres vel q̇d tria. ꝑ quid de eſſentia querit̄. Non eñ inuenit̄ q̇d illi tres ſint niſi eēntia. Si g̊ qōni recte rñdemus. opȝ vt rñdēdo eſſentiā ſignificem⁹ alioq̄n nō oñdim⁹ q̇d tres ſint. Si v̄o rñdētes eēntiā ſig̃mus. ipaȝ eſſentiā ꝑſone noīe intelligim⁹. cū d̄r tres ꝑſone.

☞ Soluit ſm opinionē alioꝝ q̇ putāt eēntiā ſignificari noīe ꝑſone cū dicim⁹ tres ꝑſonas. d

¶ Quibuſdā v̄r ꝙ noīe ꝑſone ſignificet̄ eēntia cū d̄r tres ꝑſone. ꝓpterea q2 augu. dicit. iō dici tres ꝑſonas q2 cōe ē eis id qḋ eſt ꝑſona: vt ſit talis intelligētia. pr̄ ⁊ fili⁹ ⁊. ſſ. ſunt tres ꝑſone. i. ſunt tres id hn̄tes cōe qḋ eſt ꝑſona. i. tres ſunt quoꝝ q̇ſqȝ ē ꝑſona. i. eēntia. Sȝ quō iuxta hāc intelligētiā dicet̄. alia ē ꝑſona pr̄is. alia filij. Et hoc etiā ita voluit intelligere. ſ. ali⁹ eſt pr̄. ⁊ ali⁹ eſt fili⁹. id tñ cōe hn̄tes qḋ ē ꝑſona. Et hoc ꝯfirmāt autoritate aug. q̇ in. vij. li. de tri. ait. Tres ꝑſonas eiuſdem eēntie. vel tres ꝑſonas vnā eēntiā dicim⁹. Tres āt ꝑſonas ex eadē eēntia nō dicim⁹ q̄ſi aliud ibi ſit qḋ eēntia ē. aliud qḋ ꝑſona ē. Hac autoritate ⁊ ꝓmiſſis conāt̄ aſſerere i ꝑdict⁹ locutōib⁹ nomē ꝑſone eēntiā ſig̃are. Sȝ q̇d rñdebūt ad id qḋ ipe Au. i li. de fid ad petꝝ d̄t. ſ. ꝙ ali⁹ ē pr̄ i ꝑſona ſiue ꝑſonalr̄. ali⁹ ꝑſonalr̄ fili⁹. ali⁹ ꝑſonalr̄. ſſ. Quō ei ali⁹ ꝑſonalr̄ pr̄. ali⁹ ꝑſonalr̄ fili⁹. ali⁹ ꝑſonalr̄. ſſ. ſi i eē ꝑſonā oīo ꝯueniūt. i. ſi ꝑſona eēntie tm̄ itelligētiā facit. Iō nobis v̄r aliter hoc poſſe dici congruētius iuxta catholicoꝝ doctoꝝ autoritates. Augu.

☞ Soluit ſm opinionē ſuā diſtinguens ꝙ hoc nomen ꝑſona tripliciter in trinitate accipit̄. ⁊ quomō accipitur in plurali dictum. e

¶ Sciendū ē igr̄ ꝙ h̄ nomē ꝑſona multiplicē itelligētiā facit nō vnā tm̄. ⁊ vt Hyla. ait in li. iiij. de tri. Intelligētia dictoꝝ ex cāis ē aſſumēda dicendi. q2 nō ſmoni res: ſȝ rei ſmo ſubiect⁹ ē. diſcernētes g̊ dicēdi cās hui⁹ noīs. ſ. ꝑſona ſig̃tionē diſtinguim⁹ dicētes. ꝙ h̄ nomē ſ. ꝑſona ꝓprie. ſm ſubſtātiā d̄r. ⁊ eēntiā ſig̃t ſicut ſupra oñdit aug. cū d̄r de⁹ eſt ꝑſona. pr̄ eſt ꝑſona. Quadam tñ neceſſitate vt ſupra dixit au. trāſlatū ē hoc nomē. vt pluralr̄ diceret̄ tres ꝑſone cū quereret̄. q̇d tres vel q̇d tria. vbi nō ſignificat eēntiā. i. naturā diuinā que cōis eſt tribus ꝑſonis. ſȝ ſubſtātias vel ipoſtaſes ſm grecos. Greci q̇ppe (vt ſupra dixit aug.) aliter accipiūt ſubſtātiam. i. ipoſtaſim. alr̄ nos. Nos eñ ſubſtātiā dicimus eēntiā ſiue naturā. ꝑſonas aūt dicim⁹ ſicut illi dicunt ſubſtātias. i. ipoſtaſes. Si g̊ nos ita accipim⁹ ꝑſonas: vt illi accipiūt ſubſtātias vel ipoſtaſes. ⁊ illi alr̄ accipiūt ipoſtaſes q̄ nos ſubſtātiā. alr̄ g̊ nos accipim⁹ ꝑſonas ꝙ ſubſtātiā. Cū g̊ dicim⁹ tres ꝑſonas: nō ibi ꝑſone noīe eſſentiā ſignificam⁹. Quid g̊ dicim⁹. Dicimus: q2 tres ꝑſone ſunt. i. tres ſubſiſtētie. ſ. tres entes pro quo greci dicunt tres ipoſtaſes.

☞ Cōfirmat autoritate aug. ſolutionē ſuam. f

¶ Et hic ſenſus adiuuat̄ ex v̄bis Aug. ꝓmiſſis ſi interius intelligant̄. Quia eñ pater eſt ꝑſona. i. eēntia. ⁊ fili⁹ eſt ꝑſona. ⁊. ſſ. ꝑſona. Iō d̄r tres ꝑſone. i. tres ſubſiſtētie tres entes. Nō eñ pn̄t dici tres ſubſiſtētie vel entes. niſi ſingul⁹ eoꝝ eēt ꝑſona. i. eſſentia. Q2 g̊ eis cōe eſt id qḋ ē ꝑſona. i. eēntia. iō recte dicūtur a tres perſone. i. ſubſiſtētie. vel ſubſiſtētes. vt ſicut eēntia que eis eſt cōis vere ac ꝓprie ē. ita illi tres v̄e ac ꝓprie ſubſiſtētie vl̄ entes itelligāt̄. Iōqȝ Aug.

a ¶ Tres perſone. i. ſubſiſtētie. Cōtrariū dicit boetius in li. de duab⁹ naturis ⁊ vna perſona xp̄i aſſignans differentiaȝ inter ſubſiſtere ⁊ ſubſtare. Q2 ſubſiſtit illud qḋ indiget alio ꝙ ſit. Subſtat vero quod ſubiectum alijs vt eſſe valeat subminiſtrat. v̄r g̊ ꝙ ſubſiſtere ſit idem qḋ eēntia. g̊ nullo mō pōt dici ꝙ ſint plures ſubſi-

ſtētie. ¶ Rñ. dōm ꝙ hoc tius accipit ibi hoc nomē ſubſiſtentia ſm marcū tullium. prout accipit ſignificationem ſm actū ſubſiſtendi ſiue ꝑ ſe ſtādi et ſic tm̄ vna eſt ſubſiſtētia. Sȝ nunc doctores ſcripture accipiūt prout magis importat reſpectū ad ꝓprietatem cui ſubeſt. ⁊ ſic pluríficatur. Ratio aūt hui⁹ eſt cōmunis vſus. Qꝛ accipiunt ſubſtātiā pro natura rei. ideo pro ſuppoſito magis voluerunt accipere ſubſiſtentiam.

2 b ¶ Tres perſonas eſſe vnam eſſentiā. vel eiuſdē eſſentie. nō ex eadē eſſentia. (Obiectioni rñdet.) Videtur hoc falſuȝ qꝛ pater generat filiū ꝺ ſua ſubſtātia. ⁊ ſpirat ſpm̄ſanctum. ergo videt̄ ꝙ omēs perſone ſint de eadē ſubſtantia. ¶ Iteȝ queritur quare nō conceditur iſta ꝙ perſone ſunt ex eadē eēntia. ſicut cōceditur iſta ꝑſone ſunt eiuſdē eſſentie. Et videtur ꝙ debeat concedi. Quia ex dicit in diuinis habitudinē originis: (Job. x.) ⁊ ſimil'r genitus originem importat. Si tu dicas ꝙ ꝓpter tranſitiones: quia ſicut ꝓpoſitiones ſunt trāſitiue. ita ⁊ obliqui caſus ſunt tranſitiui. Preterea hec recipit̄ ꝑſone ſunt in eodē eſſentia. ⁊ tm̄ hoc ꝙ (j. Jo. v.) dico in eſt prepoſitio.

3 ¶ Rñ. dōm ꝙ aliquādo aliq̇d ꝯparatur ad aliud vt informās ſiue denominans ⁊ tamen nō ponitur ꝓpter hoc diuerſitas ſiue diſtinctio vnius ad alterum. ſic em̄ cōparat̄ deitas ad deū. Alio modo cōparatur aliq̇d ad aliud ſicut principiū ad p̄cipiatum. et tūc de neceſſitate
4 importat̄ diſtinctio. Qm̄ ergo hec ꝓpoſitio ex importat habitudinē cauſe vel ſaltem p̄cipij ideo de neceſſitate dicit diſtinctionem inter extrema iō hec nō poteſt eē vera ꝙ perſone ſunt ex eadē eſſentia (Augu.) Sed quia genitiuus non tantum conſtruitur in ratione p̄cipij: immo ex vi declarationis eſſentie cū dicit̄ mulier egregie forme. vt dicit priſcianus. iō cum genitiuo hec eſt vera tres perſone ſunt eiuſdem eſſentie.

c ¶ Tres res. Accipit hꝰ ab Auguſtino in. j. libro de doctrina xpiana. Et

cauſas dictoꝝ diſcernēs dicit b tres ꝑſonas eſſe vnā eſſentiā vel eiuſdē eſſentie: nō ex eadē eſſentia: ne aliud intelligatur ibi eſſe perſona: aliud eēntia. Tres em̄ ꝑſone. i. ſubſiſtētie: vna ſunt eſſentia ⁊ vni⁹ eēntie Non aūt ſunt vna perſona vel vni⁹ ꝑſone lȝ ꝑſona ſm ſubſtātiam dicatur aliquādo. Nam ſi hoc diceretur: confuſio fieret in perſonis.

☞ Obiectioni illoꝝ hic rñdet qui nitunt̄ ꝓbare ꝑſonas ſm eſſentiam accipi. g

¶ Ad hoc aūt qđ illi dicunt. cū querit̄ q̇d tres vel q̇d tria: de eēntia querit̄: qꝛ nō inuenitur q̇d illi tres ſint niſi eēntia ꝑ hoc volētes nos inducere vt noīe perſone eēntiā intelligamus. cū rñdemus tres perſonas. ita dicimus. Indubitabiliter verum eſt: quia nō inuenitur vnum aliquid qđ illi tres ſint niſi eēntia. vnū em̄ ſunt illi tres. i. eſſentia diuina. Unde veritas ait. Ego ⁊ pr̄ vnū ſumus. Uerūtm̄ cū querit̄ q̇d tres vel quid tria: nō de eſſentia queritur. nec ibi q̇d ad eēntiam refertur. Sed cum fides catholica tres eſſe ꝓfiteretur ſicut Johānes in epiſtola ſua canonica ait. Tres ſunt q̇ teſtimoniū perhibēt in celo querebatur q̇d illi tres eēnt. i. an eſſent tres res ⁊ que tres res ⁊ quo noīe ille tres res ſignificarentur: ⁊ ideo loquēdi neceſſitate inuentum eſt hoc nomen perſona ad reſpondendū ⁊ dictum eſt tres perſone.

☞ Quid tres res ⁊ q̇d vna res hic dicitur. h

¶ Non aūt te moueat ꝙ dixi c mus. tres res. Nō em̄ hoc dicentes diuerſaꝝ rerū numerū ponim⁹ in trinitate: ſȝ ita tres res dicim⁹: vt eaſdē eſſe vnam quādā ſummā rē cōfiteamur. Unde Aug. in. j. li. de do. xpiana ſic ait. Res q̇bus fruendū eſt nos btōs faciūt. Res ḡ q̇bus fruendū eſt: ſunt pr̄ ⁊ fili⁹ ⁊ ſpūſſ. Eadēq; trinitas vna q̄dā ſumma res ē. cōiſq; fruētibus ea: ſi tm̄ res ⁊ nō reꝝ oīȝ cā ſit. Nō em̄ facile pōt inueniri nomē qđ tāte excellētie ꝯueniat niſi qđ melius ꝺ: trinitas hec vnus deus. Sicut ḡ tres res dn̄r: ⁊ he ſunt vna res: ita tres ſubſtātie dn̄r ⁊ he ſūt vna eēntia. Ecce oſ̄ſum eſt q̄ ſit intelligētia hui⁹ nois ꝑſona cuȝ dicimus tres perſonas.

☞ Oſ̄ndit quō hꝰ nomē ꝑſona accipit̄ i ſingulari cū ꝺ: alia ē ꝑſona pr̄is: alia filij: alia ſpūſſancti. i

¶ Nūc inſpiciam⁹ vtrū ſȝ eādem rōnē ⁊ eām dicat̄: alia ē ꝑſona pr̄is: alia filij: alia ſpūſſ. Qđ vtiq; ſane itelligi pōt vt ſit ſenſus talis. Alia eſt ſubſiſtentia vel ipoſtaſis pr̄is: alia ſubſiſtētia filij: alia ſubſiſtētia ſpūſſ. Et alia ſubſiſtētia pr̄: alia filius: alia ſpūſſan.

☞ Quomodo hec intelligantur. Alius eſt pater i ꝑſona: alius filius: alius ſpiritus ſanctus. k

¶ Deinde querit̄ vtrū ſm eādem rōnē accipiat̄ cū ꝺ. Ali⁹ eſt pater in perſona: ali⁹ in ꝑſona filius: alius in perſona ſpūſſctūs. Siue alius perſonaliter pr̄: alius perſonal'r filius: alius perſonal'r ſpūſſan. Ad quod dicim⁹: qꝛ etſi poſſit eodē modo accipi. cōgruentius tm̄ ex rōne dicti alia variatur intelligentia. vt hic ꝑſone noīe ꝓprietas ꝑſone intelligatur vt ſit ſenſus talis. Alius ē in ꝑſona vel ꝑſonaliter pater. i. ꝓprietate ſua pater alius ē q̄ fili⁹ ⁊ filius proprietate ſua alius q̄ pater. Paternali em̄ ꝓprietate diſtinguit̄ ipoſtaſis pr̄is ab hipoſtaſi filij. ⁊ ipoſtaſis filij filiali ꝓprietate diſcernit̄ a pr̄e ⁊. ſſ. ab vtroq; ꝓceſſibili ꝓprietate diſtinguit̄.

huiuſmodi nomina dicta de deo ponunt veram relationem.
¶ Contra. Diony. In cauſalibus et cauſis non recipimus re-
ciprocationē. ergo cum deus ſit cauſa perfectiſſima creature.
nō refert' ad creaturā q̄uis ecōuerſo creatura referat' ad ipm
¶ Itē philoſo. dicit ꝙ ſcia ſm rem refertur ad ſcibile ſed non
cōuertitur. ergo ſi minor eſt dependentia dei ad creaturam q̄
ſcibilis ad ſcientiam. ergo nulla in eo eſt relatio.
¶ Item ratione videtur q: huiuſmodi nomina ſi dicunt rela-
tionem circa deum. aut illa eſt pure diuina eſſentia aut aliquid
ſuperadditum. Si pure dei eſſentia. ergo eternum quid. ergo
reſpectus huiuſmodi nominū eſt etern'. ergo de neceſſitate di-
cuntur ab eterno. Si autē dicunt aliquid ſuperadditum. ergo
in deo eſt aliqua cōpoſitio. ¶ Itē omnis relatio dicit aliquā
dependentiam vel ſaltem ordinem ⁊ habitudinem ad illud re-
ſpectu cuius dicitur. ſed deus non ordinatur nec terminatur. 14
ergo nihil de deo dicitur relatiue reſpectu creature.
¶ Rn̄. ad hoc intelligendum. ē ſciendū ꝙ dici ſm relationem
dupliciter eſt. aut ſm rem. aut ſm modū. Realis autē relatio
triplex eſt. Aliquando eīn fundatur ſuper ꝓprietatē accidēta
lē vt ſilitudo ī duplici albedine. Aliq̄n ſuꝑ depēdētiā eſſentia
lem. ſicut reſpectus vel relatio materie ad formā. Nā ſicut di-
cit philoſo.

cit philoſo. materia hoc ipꝫ quod eſt. ad alterū eſt. Aliquando ſuper originē naturalē. ſicut effect⁹ ad cauſaꝫ. ⁊ filij ad patrē. Prima relatio non poteſt eſſe in deo. q: in deo nulla eſt propꝛietas accidentalis. Secūda non poteſt eſſe in eo q: nulla in deo eſt dependētia. Tertia eſt ĩ deo ſed nõ reſpectu creature ſꝫ reſpectu perſone hec eñ non dicit cõpoſitionē nec depēdentie ĩclinatiõeꝫ ſicut prima ⁊ ſcđa. ſed ponit diſtinctionē ⁊ ordinē. ⁊ qm̄ vere vna perſona ordinatur ad aliam ⁊ habitudinē habet ⁊ aliomodo ſm rē ſe habet ad vnam ꝙ̄ ad aliam. ideo hec relatio eſt in perſona reſpectu perſone nõ reſpectu creature. Nam de⁹ ad creaturam non habet ordinem nec habet aliam ⁊ aliam habitudinē. ⁊ ideo nullo modo eſt realiter in deo relatio reſpectu creature. Creatura autem ad deum habet ordinem ⁊ habitudinem mediante proprietate accidentali. et dependentia eſſentiali. ⁊ origine naturali. ideo ſm omnē modum refertur creatura ad deum. Quoniam igitur intellectus noſter cum intelligit aliquid referri ad aliquid. intelligit etiam comparari illud ad illud. ideo intelligit deum per modū reſpectus ⁊ relationis. cui reſpectui ĩ deo nihil reſpõdet niſi diuina eſſentia. ex parte tamē creature bene aliquid reſpondet. ⁊ ideo non eſt vanus. Concedendū ergo ꝙ huiuſmodi nomina dicta de deo non importãt relationem in deo ſm rem ſed ſolum ſm modum intelligendi. Ex his patent q̄ſita. ¶ Quod eñ
15 obijcitur de patre. dicendum ꝙ non eſt ſimile. quia patris ad filium eſt ordo ⁊ habitudo. ⁊ alia habitudo ad filium ꝙ̄ ad ſpiritūſanctum. deus autem ſicut dicit philoſoph⁹. xj. metha. non habet ordinem. nec aliquam habitudineꝫ nam prima cauſa eodem modo ſe habet ad oĩa. q̄uis alia alio ⁊ alio modo ſe
16 habeant ad ipſam. vt in. xj. prime philoſo. dicit ꝙ primū ⁊ ſummum bonū non ordinatur ad hec creata. ¶ Ad illud quod obijcitur. ſi non dicunt relationem. ergo pure ſubſtantiā. dicendū ꝙ pure circa deum dicunt ſubſtantiam ſm rem. ſed relationeꝫ ſm moduꝫ intelligendi. in creatura vero ſm eſſe. Et qđ obijcit ꝙ vanus eſt intellectus. dicēdū ꝙ falſum eſt q: intellect⁹ fundatur ſuper aliquid ſcꝫ ſuper relationē creature cui reſpondet
17 relatio ſm dici in deo. ¶ Ad illud qđ obijcit ꝙ q̄dā ſunt relatiua ſm eē ⁊c. dicēdū ꝙ quedā ſūt relatiua ſm eē ex pte vtriuſqꝫ
18 extremi vt dñs ⁊ ſeruus ĩ creatura. Quedā ex pte alteri⁹. vt ſcibile et ſcĩa ⁊ mēſuratio ⁊ mēſurā. ſic in ꝓpoſito. ¶ Ad illud qđ obijcit. ꝙ dñs dicit ſuppoſitionē. ⁊ ſilr creatio cauſalitatē. dicendum ꝙ ſuperpoſitio in deo eſt vere ſuperpoſito ⁊ vere cauſalitas. quia vere alij ſuperponitur deus. et vere efficit. Tamē illa ſuperpoſitio non eſt vere relatio. ſimiliter nec cauſalitas. ſed eſt vere diuina eſſentia. quia ſeipſa ſuperponitur et efficit.
19 ¶ Ad illud qđ obijcitur. ꝙ eſt ibi reſpectus cauſe ⁊ effect⁹. dicendum ꝙ reſpectus effectus ibi eſt vere reſpectus. ⁊ vere relatio. ſed reſpectus cauſe non ē reſpectus nec relatio ĩ deo ſm rē. ſed ſm moduꝫ intelligēdi. ſm rē vero ſubſtātia vel eſſentia

☞ Ponit ſignificationeꝫ huius nominis equalis. quõ dicat̄ filius equalis patri an ſm ſubſtantiaꝫ an ſm relationem. ita et ſimilis. a

Preterea cõſiderari opꝫ. cū tres pſone coeq̄les ſibi ſint. vtruꝫ relatiue hoc dicat̄: an ſm ſubſtantiam. ſi relatiue. vtruꝫ ſm relationem an ſm eſſentiam cõſiderāda ſit equalitas: Deinde quid ſit ipa eq̄litas: Ad
b quod dicimus. q: ſicut ſimile nihil ſibi eſt. Siĺitudo eñ vt ait Hylarius ſibiipſi non eſt ita ⁊ equale aliquid ſibi nõ dicitur. ac per hoc ſicut ſiĺe. ita ⁊ eq̄le relatiue dr̄. Dicit̄ ergo relatiue filius eq̄lis patri. ⁊ vtriqꝫ ſpūſſanctus. Eſt tamen eq̄lis patri fili⁹ ⁊ vtriqꝫ ſpūſſanctus ꝓpter ſummā ſimplicitatem eſſentie ⁊ vnitatē. Eq̄lis eſt ergo filius patri ſꝫ ſubſtātiaꝫ non ſm relationē. Unde augu. in. v. li. de tri. ait. Querimus ſm quid eq̄lis ſit patri fili⁹ nõ ſm hoc qđ ad patrē dr̄ filius eq̄lis eſt patri. reſtat ergo vt ſm id equalis ſit ꝙ ad ſe dr̄. Quicquid aūt ad ſe dr̄ ſm ſõaꝫ dr̄. Reſtat ḡ vt ſm ſbſtātiā ſit eq̄lis. Eadē ergo eſt vtriuſqꝫ ſõa. Itē in. vj. li. Sa tis eſt videre nullo mõ filiuꝫ equalē eſſe patri. ſi in aliq̊ ſeꝫ qđ ꝑtineat ad ſignificādā ei⁹ ſubſtantiā ineq̄lis inuenit̄. In oib⁹ ergo eq̄lis eſt patri fili⁹ ⁊ eſt eiuſdē ſub̄e. Eq̄lis ē etiā ſpūſſanctus ⁊ in oib⁹ eq̄lis ꝓpter ſummā ſimplicitatē illi⁹ ſõe. Ex his ꝑſpicuū fit ꝙ ſm ſubām fili⁹ eſt equalis patri ⁊ vtriqꝫ ſpūſſanct⁹ ⁊ appella
c tio tm̄ relatiua eſt. Eq̄litas ḡ patris ⁊ filij nõ eſt relatio vel notio. ſed naturalis vnitas ⁊ identitas.

☞ Ponit ſignificationeꝫ hui⁹ nois ſiĺis. quõ dicat̄ fili⁹ ſiĺis pr̄i ⁊ q̇d ſit ſiĺitudo. b

¶ Hoc ideꝫ etiā dicim⁹ de ſimili ⁊ ſimilitudine. Cū eni dr̄ filius ſimilis pr̄i. relatiue quidem dr̄. ſed ſimilis eſt pr̄i propter vnitatē eſſentie. Et ergo appellatio tm̄ relatiua. Siĺitudo vero indifferēs eēntia. Unū q̇buſdā nõ indocte videt̄ noie eq̄litat̄ vel ſiĺitudis non aliq̇d ꝑponi: ſꝫ remoueri. vt ea ratione dicatur fili⁹ equalis patri. q: nec maior eſt eo: nec minor. ⁊ hoc ꝓpter vnitatē eſſentie. Ita ⁊ ſiĺis dicit̄ q: nec diuerſus. nec alien⁹ nec in aliquo diſſimilis. Et hoc ꝓpter eēntie ſimplicitatē. Nõ ḡ ſm ꝙ filius eſt genit⁹ a patre eq̄lis vel ineq̄lis eſt patri. nec ſimilis vel diſſimilis. ſed equal' et ſimilis ſm ſubſtantiam.

# Diſtinctio. xxxj

De ſignificatione relatiuoꝝ q̄ cõiter ⁊ eternaliter de deo dicūtur. vt ſimilis ⁊ equalis

Preterea conſiderari oportet cuꝫ tres pſone coequales ſibi ſint ⁊c

In precedenti proxima ꝑticula egit magiſter de relatiuis que dicunt̄ de deo propꝛie ⁊ temporaliter. In hac parte agit de his q̄ dicūtur de deo communiter et eternaliter. et quoniam h̄ ſunt appropabilia. ideo hec pars hꝫ duas partes. In prima determinat coꝝ ſignificationem. In ſecunda eorum appropꝛiationeꝫ ibi. Non eſt igitur hic pretermittendum. Prima ꝑs habet duas. In prima determinat ſignificationem hui⁹ nominis equalis. In ſecunda huius nominis ſimilis. ibi. Hoc etiam dicim⁹ de ſimili ⁊ ſimilitudie. Quid ſit equalitas.
a ¶ Preterea conſiderari oportet. Dubitatur de ſitu huius partis. q: cuꝫ ſupra diſtin. xix. actum eſt de eq̄litate videtur hic magiſter ſuperflue repetere.
¶ Reſpon. dicenduꝫ ꝙ de equalitate et ſimilitudine eſt loqui dupliciter. ſ. a pte rei. et a parte nominis. Et pꝛimo modo agitur de equalitate ⁊ ſimilitudine in p̄cedētib⁹ ſcđo mõ hic.
b ¶ Simile nihil ſibi eſt. Uidetur hoc falſum q: aliquis differt a ſe ſicut ſortes ſenex a ſe puero. ḡ pari ratione poteſt eſſe aliq̇d eſſe ſimile ſibi. Item xp̄s homo eſt ſibi ſiĺis. q: null⁹ eſt beatus niſi ſit deo aſſimilat⁹. ſed chꝛiſtus eſt maxime deo aſſimilat⁹ ḡ ⁊c. a
¶ Reſpon. dicendum ꝙ ſicut differentia aliquādo notat alietatem ſuppoſiti a ſuppoſito. vt cū dicitur petrus eſt ali⁹ a paulo. Aliquando alietatē in natura. vt cū dicit̄ xp̄s ſm ꝙ homo differt a deo. Aliquādo alietatem ſtatus a ſtatu. vt petrus ſenex differt a ſe puero. per hunc moduꝫ intelligendum de ſimilitudine. Quando igitur ſimilis dicit ſimilitudinem ſuppoſiti ad ſuppoſitum non põt eſſe idē ſiĺis ſibi. qñ vero dicit ſimilitudinē nature ad naturā. vel ſtatus ad ſtatum põt idē eſſe ſibi ſimilis q: hec concurrūt in eadē perſona. ⁊ ita intelligit magr̄.
c ¶ Eq̄litas ergo pr̄is ⁊ filij nõ eſt relatio vel notio. Obijcit̄. q: ſtatim pꝛedixit ꝙ ſiĺe ⁊ equale eſt relatiuū. ḡ ſiĺitudo ē relatio
¶ Rñ dicēdū ꝙ magr̄ itelligit de notiõe q̄ eſt pſone ꝓprietas nõ de relatiõe cõiter intellecta. Uel aliter dõm ꝙ vbū magr̄i ē cauſalr̄ itelligēdū ſicut pꝫ ex p̄cedētib⁹. q: eq̄litas nõ ꝯſiſtit ĩ ꝓpꝛietatib⁹ pſonalibus ſꝫ magis in eſſentialib⁹ q̄ ſupra viſa ſūt 3

Ad intelligentiam huius partis eſt queſtio de his nominibus ſimilis et equalis. ⁊ circa hec tria querūtur Primo queritur vtrum hec nomia dicantur ſm poſitionem. an ſm priuationem. Secūdo queritur vtruꝫ

dicātur ſm ſubſtantiam an ſꝫ relationē. Tertio queritur vtrū
dicant mutuam relationem in patre ⁊ filio.

A **Queſtio. j.** Qꝫ dicatur ſm ꝑuationē videtur ꝑ auto
ritatē magri in lr̃a. Quibuſdam videt̃
noīe eq̄litatis ⁊ ſimilitudinis non aliquid poni ſed remoueri
vt dicatur filius equalis patri. q; nec maior nec minor eſt eo.
4 ¶ Item hoc pōt ꝓbari ſic. Euclides diffinit equale ſic Equa
le eſt qđ alteri ſuppoſitū nō excedit. nec exceditur. g̃ cum hec
diffinitio ſit data ſm ꝑuationē. patet ⁊c. ¶ Itē equale ⁊ ſimile
nō tm̄ dicūt vnitatē ſꝫ ēt diuerſitatē ſꝫ nō ē ponere diuerſitatē
in diuinis g̃ hmōi noīa nō dicunt̃ ſm poſitionē ſꝫ ſm ꝑuationē
¶ Itē equale ſm ꝙ dicit poſitionē dicit commenſurationem.
ſed ī diuīs nō eſt cōmenſuratio nec exceſſus. ergo dicunt̃ ꝑ ꝑ-
uationē. exceſſus nō ꝑ poſitionē. ¶ Cōtra Similitudo ⁊ eq̄li-
tas in his inferioribus dicūtur poſitiue. ſed hec ꝯpletius ſunt
in deo q; vt dicit aug. in filio primo reperitur ratio ſimilitudi
nis ⁊ equalitatis. ergo multofortius in deo dicunt poſitionē.
¶ Itē oīs negatio que nō eſt pura negatio fundat̃ ſupra poſi
tionē. g̃ cuꝫ hoc qđ dico equale importet remotionē exceſſus
⁊ non importet puraꝫ negationē. quia tūc chimera eſſet equa
lis deo. oportet ꝙ importet poſitionē. ¶ Item hec eſt falſa pr̃
⁊ filius ſunt inequales. ergo hoc qđ eſt inequale aliquid ꝑuat
quod ē in deo. ſꝫ hoc nō eſt niſi importatum per equalitatem.
ergo equalitas aliquid ponit. q; ſi eius oppoſitū priuat neceſ-
ſe eſt ipm ponere. ¶ Itē heretici dicunt hanc falſam pater eſt
equalis filio. aut q; aliquid ponit̃. aut q; aliquid remouetur.
Nō q; remouetur. q; dicūt hanc veraꝫ pater eſt inequalis que
remouet. g̃ q; aliquid ponit̃. ergo ⁊c. ⁊ fundatur vtraq; iſtarū
poſitionū ſupra poſitionē inequalis ad equale. Si eīm eq̄le ⁊ ī
equale acciperētur remotiue. tūc eoꝝ oppoſita acciperētur po
ſitiue. ¶ Reſpō. dicēdū ꝙ ſm ꝙ in littera innuitur ⁊ doctores
antiqui dicunt. ꝙ poſitio magri fuit. ꝙ nomina que non dicūt
perſonalē proprietatem vel eſſentie vnitatē ꝑuatiue accipiā-
tur. Unde q; ſimilis ⁊ equalis dicit reſpectū pr̃is ad filium ⁊
ille reſpectus nō eſt ꝑſonalis ꝓprietas. nec eſſentia. voluit po
nere ꝙ oīa talia ſm priuationē dicerētur. ſicut duo. tres. ſimi
les ⁊ equales. ⁊ ſimilia. Tm̄ iſta poſitio ſtare non poteſt ſicut
ſupra ꝓbatum eſt. de vnitate ⁊ pluralitate nominuꝫ diuinorū.
Si eīm in diuinis eſt vnitas poſitiue. ⁊ pluralitas. ⁊ hec duo
5 faciūt ſimilitudinē ⁊ equalitatē neceſſe eſt hec poſitiue accipi
in diuinis. Et cōcedēde ſunt rationes ad hoc inducte.
6 ¶ Ad illud g̃ qđ obijcitur ꝙ equale eſt quod non excedit. dicē
dum ꝙ illi negationi ſubſternitur affirmatio ⁊ poſitio que no-
tificatur per priuationem oppoſiti ſcilicet exceſſus.
7 ¶ Ad illud quod obijcit̃. ꝙ non eſt diuerſitas in diuinis. dicē
dum ꝙ non indicant diuerſitatē niſi ſuppoſiti. non forme de ſe
8 ⁊ q; in diuinis eſt pluralitas ſuppoſitorum patet ⁊c.
¶ Ad illud quod obijcitur ꝙ ſm ꝙ dicuntur poſitiue dicūt cō
menſurationē. dicendum ꝙ in diuinis nō eſt cōmēſuratio ſim
pliciter. ſed tm̄ eſt cōmenſuratio reſpectu infiniti. ⁊ hec non po
nit ſimpliciter commenſurationem. Aliter poteſt dici ꝙ equa-
le ⁊ ſimile de ſuo primo intellectu ponunt vnitatē quantita-
tis ⁊ qualitatis. Qꝫ autem ponat commenſurationē hoc ꝙ eſt
equale eſt quia quantitas illa eſt mēſura. qm̄ ergo in diuinis
eſt immenſa⁹. dicit ibi conuenientiam in quantitate virtutis.
q̄uis non ponat ibi cōmenſurationem.

B **Queſtio. ij.** Utrū noīa ꝑdicta dicāt̃ ſm ſbāꝫ an ſm
relationē. Et ꝙ ſm ſubſtantiam videt̃
autoritate magri in littera. Equalitas inquit nō eſt relatio vel
notio. ſed nature vnitas vel identitas. Et hylari⁹. de trini. Si
militudo eſt indifferēs eſſentia. g̃ tam ſimilitudo q̄ equalitas
dicit diuinā eſſentiam. ¶ Itē equalitas dr̃ ſm quantitatem.
ſimilitudo ſm qualitatē. ſed in diuinis qualitas ⁊ quantitas
trāſeūt in ſubſtantiā ergo ⁊c. ¶ Itē oē quod dicit̃ ſm relatio
neꝫ iportat diſtinctionē de ſuo ꝑncipali intellectu. ſꝫ ſimile et
equale dicūt conueniētiā. ergo non dicuntur ſm relationem.
¶ Itē nihil qđ dr̃ ſm relationem dr̃ de duobus niſi importet
relationē ī cōi hoc dico ꝓpter hoc nomē relat⁹ ⁊ diſtinct⁹ ſꝫ ſi
mile ⁊ eq̄le iportant relationē ſpecialē ſicut inq̄ important. q;
nō eſt aſſignare ſpecialiores ſub ipſis. ⁊ dicuntur de plurib⁹.
g̃ ⁊c. ¶ Cōtra. hyla. de tri. Similitudo ſibi nō eſt. ſed oē qđ
dr̃ ſm ſubſtātiā dr̃ ad ſe g̃ ⁊c. ¶ Item omne qđ dr̃ ſm ſubſtā-
tiam dr̃ de pluribus ſingulariter. ſed ſimilis ⁊ equalis dr̃ plu
raliter. ergo ⁊c. ¶ Item equalitate refertur pr̃ ad filiū ⁊ fili⁹
ad patrem. ſed non eſſentia. ergo equalitas non dicit eſſentiā
¶ Item aut pater eſt equalitas filij ad patrem aut nō. Si ſic
ergo cuꝫ filius equalitate illa ſit equalis patri. pater eſt equa
lis ſibi. qđ non conceditur. ꝙ ſi pater non eſt equalitas filij ad
patrē. ergo equalitas nō dicitur de omnib⁹. ergo non dicit eſ-
ſentiā. Eſſentia enim filij eſt pater. ¶ Reſpon. dicendum ꝙ ſꝫ
cōmunem omnium opinionem. cum ſimile et equale dicant cō
uenientiam plurium in vno. ꝙ de ſe importent diſtinctionem ī
ſuppoſitis. ⁊ vnionem ſiue vnitatem in eſſentia. Et q; diſtictio
perſonarū ſpectat ad modum dicendi ſm relationē ⁊ vnitas eſ-
ſendi ad modum dicendi ſm ſubſtantiā. ideo huiuſmodi noīa
nec omnino dicuntur ſm ſubſtantiam. nec omnino ſm relatio-
nem. ſed quodammodo ſm ſubſtantiam quodammodo ſm re
lationem. Sed quia non poſſunt ſm hunc duplicē moduꝫ dici
ꝑncipaliter. neceſſe eſt ꝙ ſm alterū. ideo vlterius oportet que
rere ſm quē modū accipiēdi accipiūtur ī diuīs. ⁊ hic ſūt diuer
ſe opiniones. Quidam eīm dicunt ꝙ huiuſmodi noīa ſm cōcre
tionem ſignificata dicuntur principaliter ſm relationē. Nam
ſimiles dicuntur habentes eandem qualitatem. q; ergo reſpi-
cit ſuppoſitum ꝑ ſe ſm ꝙ concretum. ideo dr̃ ſm relationem.
Sed in abſtractione. q; ſimilitudo eſt vnitas nature vel eſſen
tie quia reſpicit vnitatem forme primo. non diſtinctionē ſup
poſitorū niſi ex conſequēti. principaliter dicitur ſm ſubſtantiā
Sed iſte modus ſoluendi nō eſt cōueniēs. Naꝫ eſt eadē ſignifi
catio in cōcreto et in abſtracto in pricipali ſignificato ergo ſi
dicitur ſm ſubſtantiā vnū ⁊ reliquū ſimiliter. ergo hoc nō ſol-
uit quod dictum eſt. Secunda opinio ꝙ huiuſmodi noīa et in
cōcretione ⁊ ī abſtractione dicūtur principaliter ſm ſubſtan-
tiā et connotāt diſtinctionē in ſuppoſitis Et ratio ipſoꝝ eſt
quia cuꝫ ſimilitudo reſpiciat iſta duo ſcꝫ conuenientiaꝫ et dif
ferentiā. imediatius et cōpletius reſpicit cōueniētiā. Dicuntur
enim differentes eſſe ſimiles inq̄tum cōueniunt. conuenien-
tes vero non dicuntur ſimiles inq̄tum differunt. Reſpicit er-
go ſimilitudo diſtinctionem per modū materie. ſed per modū
forme reſpicit vnitatē eſſentie. et ideo cōpletiue dicitur ſꝫ ſub
ſtantiam tā ſimilitudo q̄ ſimilis. Sed iſta poſitio nō pōt ſtare
Certum eīm eſt ꝙ ſimilitudo dicitur reſpectus aliquorum ad ī
uicem. ſed in diuinis non eſt niſi reſpectus perſone ad ꝑſonā
Reſpectus autem perſone ad perſonā non poteſt dici ſm ſub
ſtantiam ergo neceſſe eſt ꝙ hoc nomen ſimile quod a ſimilitu-
dine imponitur ſm ſubſtantiaꝫ non dicatur. Et ideo eſt tertia
opinio ꝙ huiuſmodi nomina dicantur ſm relationem formali
ter loquendo. dicūt eīm reſpectum ſuppoſitorum diſtinctorum
cōuenientiū in aliquo vno. ⁊ ita reſpectus cadit ibi per modū
formalis. ſꝫ vnitas eſſentie ⁊ pluralitas ſuppoſitorū cadit per
modū cauſe ideo ꝓprie et principaliter ſm relationem. ex con-
ſequēti vero ſm ſubſtantiam dicunt̃ cauſaliter loquēdo. Et h̄
magis patet ſi cōſideremus ſignificationem horū noīm ī crea
turis vñ ſit trāſlatio. Siſitudo enim eſt ſm q̄litatē. ſilr̃ ⁊ equa
litas ſm q̄titatem ⁊ ſimilitudo dicit relationē formaliter ſed
q̄litatem cauſaliter Silr̃ equalitas dicit quātitatē cauſaliter
ſed relationem formaliter. Non enī eſt ſimilitudo qualitas ſed
relatio que attēditur ſm qualitatem. ¶ Ad illud qđ obijcitur 10
de magro ⁊ hyla. ꝙ eſt eſſentia. dicendū ꝙ cauſaliter intelligū
tur omnes tales ſermones. ¶ Ad illud qđ poſtea dicitur ꝙ eq̄ 11
le dr̃ ſm quātitatē. dicendū ſm ꝙ dicit cauſam efficientem. nō
dicit formam ſic de ſimili. ¶ Ad illud ergo qđ obijcitur. ꝙ rela 12
tiua importāt diſtinctionē. dicēdum ꝙ quedam in diuinis di-
cūtur ſm relationē qua ſunt diſtinctiua relatorū. vt pater et fi
lius. ⁊ talia importāt reſpectum diſtinguētem. ⁊ talia iportāt
diſtictionē vt exercitā. Quedā aūt dicunt̃. ſm relationē que
ſunt relatiua diſtinctorum vt ſilis ⁊ equalis. ⁊ talia iportāt re
ſpectū. ſed ille reſpectus nō eſt notio diſtinguēs. ſed cōſequēs
diſtiguētē. Importat eīm diſtictionē vt nō exercitā ſꝫ vt cōce
ptā. Nā reſpectus diſtiguēs ē ꝑ vnius ꝑſone ad aliā ſm ꝙ eſt
ab illa. In hmōi vero noībus importat̃ reſpect⁹ vni⁹ ꝑſone ad
aliā ſm ꝙ cōicant vnam naturā. Et quia reſpectus eſt relatio.
iđ ꝓlificatur. q; vero reſpectus vnius eſſentie. iđ dicit̃ de plu- 13
ribus. Et ideo ꝓꝫ vltimū quod dicit̃ ꝙ nullū relatiuū dicitur
de pluribus niſi dicat relationem in cōmuni. dicendum eīm ꝙ
hoc non ſolum eſt in his noībus que importāt diſtictionē in
communi vt relatus ⁊ diſtinctus. verumetiā in his que dicūt
reſpectum

☞ De ſententia ſancti hylarij qua in trinitate perſonarū appropriata oſtendit. c

a ¶ Non eſt igitur hic p̄termittendū q̄ vir illuſtris Hylari. p̄prietates perſonarū aſſignans dicit in patre eſſe eternitatem: ſpeciē in imagine. vſum in munere. que tante difficultatis ſunt verba vt in eorū intelligētia atq̄ȝ explanatiōe vehementer laborauerit aug. vt ip̄e oñdit in. vj. li. de tri. ita dicēs Quidā cū vellet breuiſſime ſingularū i trinitate p̄ſonarū iſinuare propria. eternitas eſt inquit in patre. ſpecies in imagine. vſus in munere.

¶ Et q̄z nō mediocris autoritatis in tractatiōe ſcripturaꝝ τ aſſertiōe fidei vir extitit. Hec eñ hylari⁹ in libris ſuis poſuit Horū verboꝝ. i. patris τ imaginis τ muneris. eternitatis ſpeciei. τ vſus abditam ſcrutat⁹ intelligentiam quātum valeo nō eñ ſecutū arbitror in eternitatis vocabulo. niſi q̄ pr̄ nō h̄ȝ p̄reȝ de q̄ ſit. fili⁹ aūt de p̄re eſt vt ſit atq̄ȝ vt illi coetern⁹ ſit. Imago eñ ſi p̄fecte ip̄let illud cui⁹ imago ē ip̄a coequat̄ ei. nō illō imagini ſue i q̄ imagine ſpēȝ noiauit. Credo p̄p pulchritudinē vbi tāta ē ꝯgruētia. τ p̄ria eq̄litas. τ prima ſil̄itudo. nulla in re diſſidēs τ nullo mō ineq̄lis τ nulla ex p̄te diſſimilis. ſed

Notula.

a Hylari⁹ i li. de ſinodis. Imago ē ei⁹ rei ad quā imaginat̄ ſp̄ēs idifferēs. Nec ei ip̄e ſibi q̄ſq̄ imago eſt ſȝ cū cui⁹ imago ē neceſſe ē vt b imago ōmōſtret. Imago ḡ ē rei ad rē coequādā τ imaginata τ indiſcreta ſil̄itudo. Eſt ergo pr̄. eſt etiā fili⁹ q̄z imago p̄ris eſt fili⁹.

reſpectū plurium vt cōicant in aliquo. Tale eñ nomen dicit reſpectuȝ in cōi. ſpecificatū tñ rōne cōicationis in vno. vñ ſimiles dicuntur adinuicē relati participantes vnam qualitatem.

L **Queſtio. iij.** Utrū p̄dicta noīa ſcȝ equalis τ ſimilis dicāt mutuā relationē. ſm quaȝ pater filio. τ filius patris ſit equalis. Et q̄ nō videtur q̄z ſm diony. In talib⁹ nō recipimus reciprocationē ſed pater eſt principium filij. ergo non cadit ibi reciprocatio vt dicatur pater equalis filio. ¶ Item hoc videt̄ ratione. Quia eñ filius ſimilis eſt patri. ideo d̄r ſimilitudo patris. ergo ſi econuerſo pater eſt ſimilis filio perfecte. ergo pater eſt ſimilitudo filij. hec autem nō recipit̄. ergo τc. ¶ Item q̄ eſt equalis alij ſm equalitatem ſibi adequat̄. ſi ergo pater eſt eq̄lis filio. ergo ſi adequatur quero a quo aut a ſe. aut ab alio. Non a ſe. q̄z quicū q̄ equat ſe alij aliq̄d agit in ſe. ſed pater nihil agit i ſe. ergo nō adequat ſe. nec alio equatur. ergo non eſt equalis filio. ¶ Cōtra. ſimile τ equale ſunt relatiua equiparantie. ſȝ iſta denomināt vtrūq̄ȝ extremuȝ ergo ſi filius eſt ſimilis patri pari rōne pater eſt ſil̄is filio. ¶ Itē rō ſil̄itudinis eſt cōueniētia vel indifferētia in qualitate vel ſuba. Sed cōueniētia eq̄liter reſpicit vtrūq̄ȝ extremū. τ indifferētia. ſi ḡ filius eſt indifferēs p̄ri τ ecōuerſo. pater eſt ſil̄is filio. ¶ Itē oē plurale geminat ſuū ſingulare. ſed hec cōcedit̄ pater τ filius ſunt ſil̄es τ eq̄les. ergo pater eſt ſil̄is. q̄ro cui. aut ſibi. aut alij. Non

14 ſibi ergo alij. R̄n. dicēdū q̄ ſil̄is τ equalis dupl̄r accipiuntur. Aut put dicūt cōueniētiā in quātitate vel q̄litate. Aut put ſupra cōueniētiā addūt imitationē vel expreſſionē p̄fectā. P̄rio q̄dē mō ſunt relatiua eq̄parātie τ dicunt̄ ad cōuertentiā ſm q̄ p̄bāt rōnes ſcd̄o iducte. Alio mō ſil̄is τ eq̄lis addūt ſup hoc rōnē originis. Uñ eq̄lis d̄r q̄ſi adequat⁹ τ ſil̄is q̄ſi aſſimilat⁹. hoc mō nō ꝯuenit niſi ei q̄ eſt ab altero. τ hoc mō p̄cedūt prime rōnes. q̄ pater nō dicit̄ ſimilitudo filij p̄ imitationē. nec equat̄ fi

15 lio per emanationē ab alio. ſed equat ſibi filiū. Quod tñ dicit Diony. q̄ nō recipimus reciprocationē τc. loquit̄ de cā proprie τ prout differt ab effectu p̄ eſſentiā. h̄ aūt mō pr̄ nō eſt cā filij. ī mo hñ eſt habitudo filij ad patrē ſicut ecōuerſo τ ſic patēt oia

¶ De appropriatiōe relatiuorū que communiter τ eternaliter de deo dicuntur. vt ſimilis τ equalis.

¶ Nō eſt igit̄ hic p̄termittēdū qd̄ vir illuſtris hylari⁹. Terminata p̄te illa i q̄ agit de ſignificatōe hoꝝ noiȝ ſil̄is τ eq̄lis. Hic incipit ſcd̄a pars i q̄ agit de hoꝝ noim appropriatiōe. τ h̄ȝ hec pars duas partes. In prima aſſignat appropriatōes. In ſcd̄a mouet τ ſoluit dubitationē q̄ ex hmōi appropriatiōe habet originem. infra di. xxxij. Hic oritur queſtio ex predictis deducta ¶ Prima pars diuidit̄ in duas partes. In prima aſſignat appropriata ſm Hyla. In ſecunda ſm Auguſtinū. ibi. Illud etiā ſcire oportet q̄ earundē trium perſonarum diſtinctionē. P̄ria pars habet tres. In prima aſſignat Hylarius appropriationē τ eius explanationē propter ſui obſcuritatē. In ſecunda oſtēdit q̄ illa que Hyla. aſſignat nō ſunt propria. ſed appropriata ibi. Non eñ ſm premiſſam expoſitionem. In tertia vero oſtendit q̄ illa quibus hec appropriat ſunt p̄pria. Appropriatio eñ eſt cōis reſpectu p̄prij. τ h̄ facit ibi. p̄pria igit̄ p̄ſonaꝝ. ¶ Sīr ſcd̄a ps in q̄ aſſignat magr̄ appropriationē. Aug. h̄ȝ duas. In p̄ma ponit ipſam appropriationeȝ. In ſecunda ponit ei⁹ expoſitionē. ibi ſed plurimos mouet q̄ patri attribuit τc. Et hec ps h̄ȝ tres ſm illa tria appropriata. In prima oſtēdit qualiter patri appropriatur vnitas oſtendens etiam incidentaliter qualiter aliqua dicunt̄ vnū. ibi. Hic dici oportet. In ſcd̄a vero oñdit quō filio appropriat̄ equalitas. ibi. Nūc videam⁹ q̄liter eq̄litas. In tertia vero oſtendit quomodo ſp̄ūſctō appropríetur concordia. ibi. q̄ autem in. ſ. ſ. dicitur eſſe vtriuſq̄ȝ concordia.

a ¶ Non eſt igit̄ hic p̄termittendū. Cum magiſter agat de appropriatione. di. xxiiij. τ de appropriatiſ diſt. xxv. vſq̄ȝ ad finem. videtur q̄ male ſituet h̄ tractatum de appropriatis.

¶ Reſpon. dicēduȝ q̄ duplici de cā ponit hic magiſter tractatū de appropriatis. Una eſt. q̄z egerat de noībus que dicūt relationem ſm relationē communem. ſm quam appropriatio attēdit̄. ſicut ſunt ſimilis τ equalis. τ ita incidēter hec ps hic introducit̄. Alia rō eſt. q̄z appropriata faciūt ad euidentiam propriorū. τ iō ſtatiȝ poſt tractatū de p̄prijs egit de appropriatis. τ hoc maxie p̄ ut faciunt ad euidentiam p̄priorū. ideo de his agit hic q̄ nō dicunt reſpectum ad creaturas. Infra vero agit de his appropriatis q̄ reſpectuȝ ad creaturas dicūt τ ita pȝ diſtinctio hui⁹ p̄tis ab illa vñ tria appropriata Hylarij manifeſtant perſonaruȝ emanationē. Tria vero appropriata Aug. nobis manifeſtant perſonarum ordinem ſi quis inſpiciat.

a ¶ Imago eſt ius rei ad quā imaginat̄ ſpecies indifferēs. P̄rimo videt̄ q̄ ratio iſta quā Hyla. ponit in notula nō ſit cōuertibilis. q̄z totum videt̄ cōuenire. ſ. ſ. Itē ſp̄ēs aut accipit̄ p̄ſonaliter. aut eſſentialr̄. Si eſſentialr̄. ergo idē ſenſus eſt q̄ eſt ſpes indifferēs q̄ eſſet etiā ſi diceret̄ eſſentia indifferēs. ſed hoc cōuenit patri nō tñ filio. Itē eſſentia nō dicit̄ vt alicui⁹ ſi ſtat p̄ perſona. ergo ſenſus eſt idem ſpecies indifferēs. q̄ eſt cū dicit̄ perſona indifferens. hoc autem falſum. Ad notulam.

b ¶ Imago ergo eſt rei ad rē coequādā τ imaginata τ indiſcreta ſil̄itudo. Ur̄ hoc falſum. q̄z frequēter imago non coequat̄ ei cui⁹ eſt imago. Itē ſi eſt ad rē coequādā. tūc vr̄ eſſe eq̄litas nō ſil̄itudo. Itē vr̄ falſum dicere cū dicit indiſtincta ſil̄itudo. q̄m

ois imago τ ſil̄itudo diſtinguit̄ ab eo cui⁹ eſt imago. Itē cum vni⁹ rei vna ſit diffinitio. q̄rit̄ quō differēter iſte rōnes aſſignētur. dicēdū q̄ hic diffinit̄ imago increata put eſt p̄priū ſoli⁹ fi 18

lij. τ ſic ſemp dicit reſpectū ad patrē τ ideo in p̄ria rōne ponit̄ 19

genitiu⁹ vt in rōne p̄ncipij. in ſcd̄a vt in rōne termini. q̄m imago d̄ȝ cōparari ad patrē. nō ſolū tāq̄ȝ ad aliquā rē. ſiue ad q̄d. ſiue in q̄d ducit. ſȝ etiā a quo emanat τ ita pȝ harū diffinitionū rō τ ordo. Et p̄ria rō tres cōditiōes ꝯtinet. Per primā notat̄ fili⁹ eſſe ab alio. cū dicit̄ imago ei⁹ rei ad quā imaginat̄. τ p̄ genitiuū τ verbū qd̄ eſt paſſiuū. Per ſcd̄aȝ notat̄ q̄ eſt ſm modū expꝛeſſum emanādi. ſ. p̄ hoc d̄r ſp̄ēs. q̄ includit p̄fectā ſil̄itudinē cognoſcēdi. Per tertiā vero notat̄ q̄ ſit indifferēs ſm ſubſtantiā. ſ. p̄ hoc qd̄ eſt indifferēs. Et p̄ primā ꝯditionē differt a p̄re τ ab eſſentia. p̄ ſcd̄am a ſp̄ūſctō. τ p̄ tertiaȝ ab imagine creata; Et p̄ hoc q̄ ſp̄ēs τ ſi de ſe ſit eſſentiale. tñ accipit̄ hic vt tractū eſt ad p̄ſonā. τ indifferēs non dicit indiſtinctionē in hoc nomine ſpecies. ſed in ſubſtātia. τ ſic patēt obiecta de ratiōe prima Hac viſa ſimiliter patet ratio ſecūda que datur in cōparatiōe ad ipſum patrem vt ad terminum. τ hoc patet cum dicitur ad rem coequandā rei. i. perſonaȝ filij perſone patris. τ p̄ hoc ex

Ad no⸗ tulam. cluditur perſona patris. ⁊ per hoc ꝙ dicitur ymagi⸗ nata. excludit̃ pſona ſpũſ⸗ ſancti. Per hoc quod dici⸗ tur indiſcreta excluditur ipſa ymago creata. Et idi ſcreta non dicit̃ indifferen tiam perſonalẽ. ſed ſolum eſſentialem. ¶ Ad illud er go qđ obijcitur de equali⸗ tate. dicendum ꝙ illud nõ eſt neceſſarium de creata ymagine. Et rurſus. quo⸗

Quare ſpũſſau ct⁹ vſus dicatur. niaꝫ ymago dicit de ratõe ſui nois qualitateꝫ in quã titate. ideo prima dicit̃ ſili tudo ad rem coequandam ideſt ſimilitudo ſꝫ quã res coequatur rei.

a ¶ Et qꝛ ymago ⁊c. Que

17 ritur de differentia horum trium noim que attribuit ſcꝫ ſpeciem naturã ⁊ eſſen tiam. quomodo hic diſtin⸗

Qđ non mõ illa ṽba hy⸗ larij. ſꝫ expla⸗ natio aug. ſu⸗ per his obſcuriſ ſima eſt. guant̃. dicendum ꝙ vniuſ cuiuſcꝫ forma ſubſtantia⸗ lis ⁊ ꝯplectiua. dicit̃ ſpẽs natura. ⁊ eſſentia. ⁊ hoc ſꝫ triplicem conſiderationẽ. Poteſt eñ conſiderari in ſe. ⁊ ſic dicit̃ eſſentia. põt cõſiderari in cõparatione ad operationẽ propriaꝫ. ⁊ ſic dicit̃ natura. Põt iterũ conſiderari in comparatio ne ad noſtrã cognitionem ⁊ ſic dicit̃ ſpẽs. Speciẽ er go habet ymago autoris eo ꝙ ſimilitudo eſt eius. Naturam autem habet qꝛ ſimilitudo genita vel ima⸗ ginata naturaliter. Eſſen⸗ tiam vero qꝛ ſimilitudo in diſcreta per ſubſtantiam.

b ¶ Ars quedam omnipo

Ad tex⸗ tum. tentis ⁊c. Videtur male di cere ꝙ verbum dei eſt ars

18 quedam omnipotentis et

Oñdit ꝙ illa q̃ bus hec appro⸗ priatſũt ꝓpria. ſapientis dei. qꝛ vnuſquiſ⸗ cꝫ nõ intellecta arte eſt in ers. ergo ſi fili⁹ eſt ars pa⸗ tris. non intellecto filio eſ ſe. pater eſt iners. ergo vi⸗ det̃ ꝙ rationabiliter ope⸗ rari habeat pater a filio ſuo. ¶ Reſpon. dicendum ꝙ faciẽda eſt vis in verbo qꝛ non dicit ꝙ ſit ars ſim⸗ pliciter. ſed ꝙ ſit ars que⸗ dam qꝛ non eſt ars qua pa ter nouit. ſꝫ vbi nouit. Nõ eſt ars patris qua pater ſit ſapiẽs: ſed que eſt a pa⸗ tre ſapiente per quam pa⸗ ter omnia operatur quia oĩa produxit ꝑ filiũ. Et no tandum ꝙ cum ars inclu⸗ dat ⁊ intentioneꝫ virtutis ⁊ ſapientie ⁊ ſimiliter ver⸗ bum. tamen differenter. qꝛ verbum dicit emanationẽ ⁊ reſpectum. ideo eſt pro⸗ prium ars autem appro⸗

c Et qꝛ ymago eſt vt rei ymago ſit ſpeciem neceſſe eſt. ⁊ naturã ⁊ eſ⸗ ſentiam ſm̃ ꝙ ymago eſt in ſe ha⸗ beat autoris.

ad identitatem reſpondens ei cui ymago eſt. vbi eſt prima ⁊ ſumma vita. cui nõ eſt aliud vi uere ⁊ aliud eſſe: ſed ideꝫ ⁊ pri mus ac ſummus intellect⁹ cui non eſt aliud viuere ⁊ aliud intelligere: ſed idem hoc eſt vnũ tãꝗ

b verbum perfectum. cui non deſit aliquid. et ars quedam oĩpotẽ tis ⁊ ſapientis dei plena omnium rationum viuentium incõmu tabilium. ⁊ omnes vnuꝫ i ea. ſicut ipſa vnum de vno cũ quo vnuꝫ ibi nouit omnia deus que fecit per ipſaꝫ. Eſt autẽ ineffabil'is q̃ dam cõplexus patris ⁊ imaginis qui non eſt ſine perfruitione. ſine charitate. ſine gaudio. Illa ergo dilectio. delectatio. felici⸗ tas. ⁊ beatitudo (ſi tamen aliqua humana voce digna dicitur) vſus ab illo appellata eſt breuiter. ⁊ eſt in trinitate ſpirituſſan⸗ ctus non genitus ſed genitoris genitiꝗꝫ ſuauitas. igeniti largi

c tate atcꝫ vbertate perfundens oẽs creaturas pro captu earum Itacꝫ illa tria ⁊ a ſeinicẽ determinari vidẽtur. ⁊ i ſe ĩfinita ſunt. Qui videt hoc vel ex parte. vel per ſpeculũ i enigmate gaudeat cognoſcens deum ⁊ grãs agat. Qui vero non videt. tẽdat per pietatem ad videndũ non per cecitatem ad calumniam. quoniã vnus eſt deus: ſed tamen trinitas. Ecce habes qualiter verba Hylarij premiſſa accipiẽda ſint. licet tante ſint ꝓfunditatis. vt etiam adhibita expoſitione vix aliquatenus ea itelligere vale⸗ at humanus ſenſus. cũ ⁊ ipſa eorum explanatio quam hic augu ſti. edidit. plurimum in ſe habeat difficultatis ⁊ ambiguitatis.

☞ Oſtendit ꝙ illa que Hylarius aſſignat nõ ſunt propria: ſed appropriata. d

¶ Non enĩ ſm̃ premiſſam expoſitioneꝫ diſtinguũtur hic tres il le proprietates ſuperi⁹ aſſignate: ſꝫ ipſe ypoſtaſes diſtincte ab ĩ uicẽ monſtrantur. Eternitatis tamẽ nomine eadem videtur de⸗ ſignata proprietas. quã notat hoc nomen ingenitus. Sꝫ videa mus quid ſit quod ait. Imago ſi perfecte implet cui⁹ ymago eſt ipſa coequatur ei. non illud ſue imagini. Videtur eniꝫ dicere ꝙ filius qui eſt imago patris patri coequatur. non pater filio. cuꝫ ⁊ filius dicatur equalis patri in ſcriptura. ⁊ pater filio: ſꝫ filius hoc habet a patre vt ſit ei equalis. pater autem nõ habet a filio et tamen filius plene ac perfecte equalis eſt patri. id eſt imago ei cuius eſt imago.

☞ Quare dicatur hylarius propria perſonarum aſſignaſſe in verbis predictis cũ ibi non ſint expreſſe proprietates. e

¶ Propria igitur pſonaꝝ in ꝑdictis verbis aſſignaſſe dr̃ Hy⸗ lari⁹. qꝛ relatiua noĩa pſonaꝝ poſuit. ſ. pr̃is: imaginis et munerꝭ que relatiue dicunt̃ de pſonis ⁊ ꝓprietates notãt quib⁹ diſtin⸗ guũtur pſone. Ita ei dr̃ ſpũſſctũs mun⁹ relatiue ſicut donũ. Ve rũ tñ ipas ꝓprietates alijs tribus noĩbus non ſignificauit. iux ta predictam auguſt. expoſitionẽ niſi ſolo noĩe eternitatis: quo nõ ipſaꝫ paternitatẽ. ſꝫ eã voluit itelligi notionẽ q̃ dr̃ ingenit⁹.

☞ Quod earumdem perſonarum diſtinctionem ſeu appro⸗ priationem notat aug. alijs verbis ſine expreſſione triuꝫ proprietatum. f

¶ Illud etiã ſcire opꝫ ꝙ ea⸗ rũdẽ triũ pſonaꝝ diſtictionẽ augu. oſtendere volẽs ſine ex p' eſſiõe illaꝝ triũ ꝓprietatũ ſupi⁹ ꝯmemoratarũ. i. j. lib. de doctrina xp̃iana ait. In pr̃e ẽ vnitaſ. i filio eq̃litas. i ſpũſctõ vnitat' ieq̃litatiſcꝫ cõcordia. Et h̃ tria vnũ oĩa ꝓpt̃ pr̃eꝫ. eq̃ lia oĩa ꝓpt̃ filiũ. ꝯnexa oĩa ꝓ⸗

Notula.

Hyla. in libro de ſinodis.

d ¶ Si qs inaſcibilẽ ⁊ ſine initio di cat filiũ q̃ſi duo ſine ꝓncipio. ⁊ duo inaſcibilia. ⁊ duo inata dicẽs, duos fac̃ deos. anathema ſit. Caput ei qđ ẽ ꝓncipiũ oĩꝫ. fili⁹. Caput aũt qđ ẽ ꝓn cipiũ xp̃i. de⁹ ſic ei ad vnũ ĩitiabile oĩꝫ ĩitiũ ꝑ filiũ vniuerſa referim⁹. ſi liũ inaſcibilẽ ꝯfiteri ĩpijſſimũ ẽ. Iã ei nõ erit vn⁹ de⁹. qꝛ deũ vnũ ꝑdica ri natura vni⁹ inaſcibil' dei exigit. Cũ g̃ de⁹ vn⁹ ſit. duo inaſcibiles eẽ ñ pñt. cũ idcirco de⁹ vn⁹ ſit. cũ ⁊ pr̃ de⁹ ſit ⁊ fili⁹ dei de⁹ ſit. qꝛ inaſcibilitas ſola penes vnũ ſit. fili⁹ aũt idcirco de⁹

priatur.

c ¶ Ingenti largitate at⸗ 19 cꝫ vbertate ꝑfundens om nes creaturas. Obijcitur ergo ſm̃ hoc videtur ꝙ om nibus donetur ſpirituſſan ctus. ¶ Reſpon. dicẽdum ꝙ ſpũſſanctus nõ dicitur dari ratione cuiuſlibet ef fectus. ſed propter rationẽ eius qui facit ſpiritum ſan ctum haberi. ⁊ ita inhabi⸗ tare in aliquo vt in templo ⁊ quia huiuſmodi rationa lis creatura capax eſt ⁊ ſo li iuſti capiunt. ideo patet ꝙ illis ſolis ſpirituſſan⸗ ctus datur. Ideo autem ſpirituſſanctus dicitur ꝑ⸗ fundere ceteras creaturaſ non qꝛ ei attribuat̃ actus creandi. ſed qꝛ attribuitur ei actus conſeruandi.

d ¶ Si quis innaſcibilem Ad no tulam. ⁊ ſine initio dicat filium. Videtur ꝙ hylarius non dicat bene. Quia qui di⸗ cit duos innaſcibiles dicit duos deos. quia innaſcibi litas in diuinis non eſt ꝓ prietas eſſentie. ſed perſo⸗ ne. ergo non ſequitur. ꝙ ſi ſunt duo innaſcibiles. ꝙ due eſſentie. ſed ꝙ due per ſone. Item innaſcibilitas dicit priuationeꝫ eius. qđ eſt natus. vnde tantuꝫ va let innaſcibilis quantũ nõ filius. ſed non ſequit̃. ſunt duo filij in diuinis. ergo duo dij. ergo pari ratione non ſequitur. ſunt duo in⸗ naſcibiles. ergo duo dij.

¶ Reſpon. dicendum ꝙ innaſcibilis ſicut ſupra di 20 ctum eſt priuat ſiue negat eſſe ab alio. ⁊ ex hoc ponit fontalem plenitudinem in illo qui innaſcibilis dici⸗ tur. ⁊ ex vtracꝫ parte con⸗ cluditur. ꝙ ſi ſint duo in⸗ naſcibiles. ꝙ ſint duo dij. Sequitur enim. ſunt duo quorum quilibet non eſt ab alio. ergo nõ diſtinguũ tur per originem. ergo ne⸗ ceſſe eſt ꝙ diſtinguantur per ſubſtantiam. Item ſi ſunt duo in quorum quoli⸗ bet eſt fontalis plenitudo ergo q̃libet põt eſſe trinita tis ꝓncipiũ ⁊ ꝓncipiũ tot⁹ deitatis. ſicut dicitur de patre. ſed ſi principia ſunt diſtincta ⁊ principiata. er⸗ go ſi quilibet eſt principiũ totius deitatis. ⁊ ſũt duo ergo due deitates. Quis ergo ingenitus non ſit pro prietas ſubſtantie. ſed per ſone. quia tamen eſt pri⸗ me perſone. et in vnica perſona non poteſt eſſe niſi vna

pter ſpūſſan. Itaq꞉ pr̄ ⁊ filius ⁊ ſpūſſan. ⁊ ſingulus q̇ſq꞉ hoꝝ deus eſt. ⁊ ſimul oēs vnus de⁹ ⁊ ſingulus q̇ſq꞉ horum plena ſuba eſt. ⁊ ſimul oēs vna ſuba. pr̄ nec filius eſt. nec. ſſ. ⁊ filius nec pater eſt. nec ſpūſſan. Spiritusſanctus. nec pater eſt nec filius ſed pater tm̄ pater. ⁊ filius tm̄ filius. ⁊ ſpūſſ. tm̄ ſpūſſan. Eadē tribus eternitas. eadē incōmutabilitas. eadem maieſtas. eadem poteſtas. In his verbis aperte inſinuat̄ pſonarū trium diſtinctio.

☞ Appropriationem Augu. exponit. ſ. quare patri attribuatur vnitas. g

¶ Sed plurimos mouet ꝙ patri attribuit vnitatem filio equalitatē. Cū em̄ vnitas dicatur ſm̄ ſubam. nō tm̄ in pr̄e eſt. ſed etiā in filio. ⁊ in ſpūſancto. ⁊ equalitas vna eſt patris ⁊ filij ⁊ ſpūſſcti. cur ergo patri attribuit̄ vnitas ⁊ filio equalitas. forte eadē ratione attribuitur patri vnitas ſm̄ Aug. qua ſupra eidē eternitas ſm̄ Hyla. q꞉ videlꝫ pater ita eſt. vt ab alio nō ſit. Et q꞉ filiū genuit vnū ſecum deum. ⁊ ſpūſſ. ab eo procedit vnus cū eo deus. Unitas ergo in patre eē dr̄. q꞉ nec aliquid aliud a quo ſit. Non em̄ ab alio eſt. nec ab eo aliquis vel aliq̇d ē ab eterno. qđ vnum cū eo non ſit. Filius em̄ ⁊ ſpūſſctūs vnum ſunt cū patre. Unde veritas ait. Ego ⁊ pater vnū ſumus.

☞ Quare pater ⁊ filius dicant̄ eſſe vnū vel vnus deus. ſed nō vnus. q꞉ res eiuſdē nature recte poſſunt dici vnum ſimpliciter eſſe ⁊ cum adiectione. Res vō diuerſe nature nō poſſunt dici vnū niſi dicatur quid vnum. h

¶ Hic dici opꝫ ꝙ pr̄ ⁊ filius ⁊ ſſ. recte dicunt̄ eſſe vnum et vnus deus ſed nō vnus. Res enim due vel plures recte pn̄t vnū dici eſſe. ſi ſint vnius eſſentie. ⁊ earū vna ſit natura. Unus aūt vel vna non pōt dici de diuerſis rebus niſi addat̄ q̇d vnus vel vna. Quo addito recte pōt dici de rebus ⁊ vnius ⁊ diuerſe ſubſtātie. Un̄ Aug. in. vj. li. de tri. ſic ait. Neſcio vtrū inueniat̄ in ſcripturis dictū vnū ſunt quoꝝ eſt diuerſa natura. Si autē ⁊ aliqua plura ſunt eiuſdē nature ⁊ diuerſa ſentiāt. nō ſunt vnū inquantum diuerſa ſentiunt. Cum ergo ſic dr̄ vnū vt non addat̄ quid vnū ⁊ plura vnū dicunt̄. eadē natura atq꞉ eſſentia nō diſſi-

ſi vna inaſcibilitas. iō dr̄ neceſſitate ponit deoꝝ diuerſitatem.

21 e ¶ Caput em̄ oim̄ filius eſt. vr̄ male dicere. q꞉ aut dr̄ caput rōne deitat̄ aut rōne ꝯformitatis. in natura. Si rōne deitatis. eadē rōne ſpūſſctūs pōt dici caput. ¶ Itē ſi rōne deitatis tunc filij caput nō pōt dici de⁹. q꞉ caput ſupercellit ⁊ maioritatē nobilitatis tenet. quā nō hꝫ pr̄ reſpectu filij. Si tu dicas ꝙ caput non dicit nobilitatē ſiue ſupercelletiā. Obijcit̄ ex littera ſequēti vbi dr̄ ꝙ hoc gradu oīa differūt. ſed ꝯſtat q꞉ inter patrē ⁊ filiū rōne deitatis nō ē gradus. ergo non pōt accipi rōne deitatis. Si rōne conformitatis. filius cū nō habeat ꝯformitatē in natura cū oībus ſed tm̄ cū hominibus. non erit caput

22 oīū. Rn̄. dicēdū ꝙ caput ſm̄ ꝙ ꝓprie accipit̄ iportat rōne influētie ⁊ ꝯformitatis nature. iō dr̄ xp̄s caput eē totius eccl̄ie. ſꝫ Hyla. extenſiori mō accipit. put caput dicit originale principiū. ⁊ qm̄ de⁹ pater eſt principiū filij. ⁊ filius principiū oim̄. ita ꝙ filius pducit̄ ⁊ pducit iō caput eſt. ⁊ hꝫ caput. Sed pr̄ qm̄ caput nō hꝫ. cū ſit innaſcibilis. eſt caput oium ⁊ iō dr̄ fontale principiū a quo oīa. ⁊ in quē oīa p filiū reducunt̄ ⁊ in hac reductione gradus eſt cōparādo creaturas ad filiū. ſed vltra cōparādo filiū ad patrem nō eſt gradus ſed ordo ⁊ origo. Et iō Hyla. nō dicit his gradibus. ſꝫ hoc gradu. Qꝫ obijcit̄ de ſpūſctō dicēdū ꝙ ipſe. ſſ. cū pcedat a filio p filiū cū alijs ad patrē reducit̄. ⁊ ꝓpterea filio appropriat̄ reductio.

f ¶ Ut ſint q̇dē p ſubſtantiā tria. p ꝯſonātiam vō vnū. vr̄ hec ꝯfeſſio fidei nō eſſe ꝯueniēs. q꞉ de tribus hoībus cōcordātib⁹ pōt illud dici ꝙ p ſubſtātiā ſunt tria. p ꝯſonātiā vō vnam.

g ¶ Quia cognominato ſpūſctō. i. paraclito. ꝯſonātie potius ꝙ̄ eſſentie p ſimilitudinē ſubſtātie pdicari ꝯuenit vnitatē. Ut illud falſum ꝙ debeat dici p ꝯſonātiā ꝓpter. ſſ. q꞉ ex innaſcibili eēntia natus exiſtat. Caput em̄ oim̄ filius eſt. ſꝫ caput filij deus ē. ⁊ ad vnū deū oīa h gradu ⁊ hac ꝯfeſſiōe referūt̄. cū ab eo ſumāt vniuerſa p̄ncipiū: cū ipſe p̄ncipiū ſit. Idē i eodē. Oib⁹ creaturis ſubam. volūtas dei attulit. ſꝫ naturā dedit filio ex innaſcibili ac nō nata ſuba pfecta natiuitas. talia em̄ cuncta creata ſunt qualia deus eſſe voluit. filius aūt natus ex deo ſubſiſtit talis qualis deus eſt. Nec diſſimilē ſui edidit natura naturā. ſed ex ſuba dei genitus nature ſm̄ originem attulit nō ſm̄ creaturas volūtatis eſſentiam.

¶ Notula.

¶ Hyla. in li. de ſynodis. Minus forte expſſe vr̄ de indifferēti ſimilitudine patris ⁊ filij fides locuta eſſe cū de pr̄e filio ⁊ ſpūſctō ita ſenſerit ſignificatā in noībus ꝓpriam vniuſcuiuſq꞉ noīatoꝝ ſubſtātiā ⁊ ordinem ⁊ gloriam.

f Ut ſint q̇dē p ſubam tria. p ꝯſonātiā vō vnū. volens ergo ꝯgregata ſctōꝝ ſynodus impietatē eā pimere que vnitatem patris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſcti noium numero illuderet. vt nō ſubſiſtēte cauſa vniuſcuiuſq꞉ nominis. triplex nuncupatio obtineret ſub falſitate nominum vnionem. ⁊ pater ſolus atq꞉ vnus idem ⁊ ipſe haberet ⁊ ſpūſſcti nomen ⁊ filij. Idcirco tres ſubſtātias eē dixerunt. ſubſiſtentium perſonas. ſꝫ per ſubſtantiam edocētes nō ſubſtantiam patris ⁊ filij diuerſitate diſſimilis eſſentie ſeparātes. Qđ aūt dictū eſt vt ſint q̇dē p ſubſtantiam tria. p conſonantiam vō vnū nō hꝫ calumniam.

g ¶ Quia cognominato. ſſ. i. paraclito conſonantie potius ꝙ̄ eſſentie. per ſimilitudinem ſubſtātie pdicari conuenit vnitatem. Itē in eodem. Cum deum patrem confitemur. ⁊ chriſtum dei filium predicamus. ⁊ inter hec duum deoꝝ ſit irreligioſa ꝯfeſſio. non poſſunt ſm̄ nature indifferentiam ⁊ nomē indifferens non vnum eſſe in eſſentie generatiōe quorum eſſentie nomen non licet eſſe niſi vnum. Non enim religioſa vnitas nominis. ex indifferentis nature eſſentia conſtitutam perſonam genite ademit eſſentie. vt vnica ac ſingularis dei ſubſtātia p vnionē noīs intelligat̄ cū vtriuſq꞉ eſſentie noīum. i. vnus deus ob indiſcrete in vtroq꞉ nature indiſſimilē ſubſtantiā pdicet̄.

ſſ. eſt eiuſdē eſſentie cum patre ſicut filius. Rn̄. dicēdū ꝙ ſicut Hyla. inten 23 dit oſtēdere catholicam patrū ꝯfeſſionē. cū dixerūtq꞉ ſunt p ſubam tria p ꝯſonātiā vnū. ſcti patres volentes elidere hereſim ſabellianā. q̄ eludebat. i. euacuabat veritatē pr̄is ⁊ filij p noīationē ſolum quā dicebat ibi eē. nō rē ꝯfeſſi ſunt adeo expreſſe pluralitatē vt minus expreſſe cōfiterent̄ eſſentie vnitatē. nō tn̄ receſſerūt a veritate q꞉ p tria tres res itelligunt̄. i. tres ypoſtaſes p ſubam vō nō vſia intelligit̄ ſed pſona. ⁊ iō ex hac parte verum dixerunt. Ex parte ꝯſonātie ſilr̄ verū dixerūt ⁊ irrephēſibilr̄. Nā ſicut p pr̄is ⁊ filij nomē inuit̄ vnitas nature. q꞉ filius eſt ꝯnaturalis patri ita p. ſſ. ſ. q̄ eſt amor. dat̄ itelligi vnitas ꝯſonātie. ⁊ iō verbū hoc nō habebit calūniā ⁊ ꝓpter hoc ipm̄ dixerūt ⁊ hoc vult dicere Hyla. cū dicit ꝙ potius ꝯſonātie ꝙ̄ eēntie. nō q꞉ vtrūq꞉ nō ſit verū. ſed q꞉ hoc eſt expſſius. ⁊ hꝫ minorē calūniā. tn̄ adhuc ſequit̄ illud ꝙ ſi pr̄ ⁊ filius vnum ex ſe pducūt ſpm̄. rōne cuius eſt ibi vnitas p cōſonātiā. neceſſe eſt ꝙ vnitatē habeāt in eſſentia.

Ad intelligentiā eoꝝ q̄ dicunt̄ in hac parte. duo principalr̄ q̄runt̄. Primo q̄rit̄ de appropriatione hyla. Scđo de appropriatione Aug. Et quātū ad primū q̄runtur tria. Primo q̄rit̄ vtrū imago dicat̄ i diuinis ſm̄ ſubam an ſm̄ relationē. Scđo dato ꝙ ſm̄ relationē q̄rit̄ vtrū imago ſit ꝓpriū filij. Tertio q̄rit̄ de rōne appropriationis illoꝝ triū. ſ. eternitat̄ ſpēi ⁊ vſus.

## Queſtio. j. d

Qꝫ imago dicat̄ ſm̄ ſubſtātiā oſtēdit̄ hoc mō. hyla. iiij. de tri. Deus ad cōmunem ſibi cū deo imaginē eādēq꞉ ſilitudinē reperit̄ hoiē opari. ¶ Itē beda ſup illud. Faciam⁹ hoiem ⁊c. In hoc ꝙ dicit imaginē. notat̄ vna ⁊ eq̄lis ſuba trinitatis. ergo imago cū ptineat ad cōi-

dens neq̃ diſſentiẽs ſignificaẽ. Vñ paulus ꝛ apollo
q̃ ꝛ ambo hoĩes erãt ꝛ idẽ ſentiebãt vnũ eſſe dicunẽ cũ
i. Cor. iij. dꝛ ꝛ q̃ plãtat ꝛ q̃ rigat vnũ ſunt. Cũ vo addiẽ q̃d vnuꝫ
põt ſignificari aliq̃d ex pluribus vnum factũ q̃uis di
uerſa natura ſicut aĩa ꝛ corpus nõ pñt vtiq̃ȝ dici vnũ.
i. Cor. vj. Quid eñ tã diuerſum niſi addaẽ vel ſubintelligatur
q̃d vnuꝫ.i.vnus hõ. Vñ apłs. Qui adheret inq̃t dño
ſpũs vnus eſt. Nõ dixit vnus eſt. vel vnũ ſunt. ſed ad
didit ſpũs. Diuerſi ſunt eñ natura ſpũs hoĩs ꝛ ſpũs
dei ſed inherẽdo fit ſpũs hoĩs vnus ſpũs cum deo qꝛ
particeps fit veritatis ꝛ beatitudinis illius. Si ergo
de his q̃ diuerſe ſbe ſunt. recte dꝛ ꝙ ſint vnꝰ ſpũs quã
to magis q̃ vnꝰ ſbe ſunt recte dicunẽ vnꝰ deꝰ eẽ. Prẽ
q̃ ꝛ filiꝰ vnũ ſunt vtiq̃ȝ ſꝫ vnitatẽ eſſentie ꝛ vnꝰ deꝰ. In
quo ꝛ arriana hẽſis dãnaẽ. q̃ prẽꝫ ꝛ filiũ ꝛ ſpm̃ſctm̃ (vt
ait Aug. in li. de hereſi) nõ vult eẽ vnꝰ eiuſdẽq̃ȝ ſub-
ſtantie atq̃ȝ nature. vel vt expreſſiꝰ dicaẽ eſſentie. que
grece dꝛ vſia. ſed filiũ eẽ creaturã. Necnõ ꝛ ſabelliana
que (vt ait Augu. in eodẽ li.) dicebat xp̃m eũdẽ ipſuꝫ
ꝛ patrem ꝛ ſpm̃ſctm̃ eſſe vt eſſet trinitas nominũ ſine
ſubſiſtentia perſonarũ. vtrãq̃ȝ peſtem (vt ait Auguſti
nus ſuper Iohan) elidit veritas dicens. Ego ꝛ pa-
ter vnum ſumus. vtrunq̃ȝ audi et aduerte. et vnum et
ſumus. et a caribdi et a ſcilla liberaberis. Quod eñ
dixit vnum libera te ab Arrio. ꝙ dixit ſumus. liberat
te a ſabellio. Si vnum. ergo non diuerſum. ſi ſumus.
ergo pater ꝛ filius. Sumus enim non diceret de vno
nec vnum de diuerſo. Erubeſcant ergo ſabelliani qui
dicunt ipſum eſſe patrem qui eſt filius confundentes
perſonas. qui ꝛ dicti ſunt patripaſſiani. quia dicũt pa
trem fuiſſe paſſum. Arriani vero dicunt aliud: patreꝫ
eſſe aliud filium. non vnam ſubſtantiam ſed duas. pa-
trem maiorem filium minorem. Noli hoc dicere tu ca
tholice. In medio ergo nauiga vtrũq̃ȝ periculoſum la
tus deuita ꝛ dic pater pater eſt. ꝛ filius filius eſt. Aliꝰ
pater alius filius ſed non aliud immo hocipſum. quia
vnus deus. Ecce oſtẽſum eſt quare vnitas in patre eẽ
dicatur. cum tres vnum ſint.

☞ Quare appropriaẽ filio equalitas. i

¶ Nũc videamus quare equalitas dicatur eſſe in fi-
lio cũ vna ꝛ ſumma equalitas ſit triuꝫ. hoc ideo forte
dictũ eſt. qꝛ filius genitus eſt a patre. equalis gignen
ti ꝛ dono qd̃ ab vtroq̃ȝ procedit. ꝛ ideo illa tria dicun
tur eſſe equalia ꝓpter filiũ. Filius enim hꝫ a patre vt
ſit ei equalis ꝛ ſpũiſcõ. ꝛ ſpũſſctũs ab vtroq̃ȝ hꝫ vt ſit
equalis vtriq̃ȝ. Hoc aũt ſine aſſertionis ſupercilio et
maioris intelligentie preiudicio dicimus malentes ĩ
apertione tam clauſorum ſermonum peritiores audi
re q̃ aliquid aliis influere.

☞ Quare ſpirituiſancto appropriatur concordia
vel connexio. k

¶ Qꝛ aũt in ſpũſctõ dꝛ eſſe vtriuſq̃ȝ ꝯcordia. ꝛ ꝑ eum
oĩa connexa facilior eſt intelligentia. nobis p̃miſſa ad
mentem reuocantibus. Supra enim ſꝫm autoritates
ſctõꝝ dictũ eſt ꝙ ſpũſſctũs amor eſt quo pater diligit
filiũ. ꝛ filius patrẽ. Recte ergo ſpũſſctũs dꝛ connexio
vel concordia patris ꝛ filij. ꝛ ꝑ eum omnia ꝯnexa. Vñ
Aug. in. v. li. de tri. Cõio quedam ꝯſubſtãtialis pr̃is
ꝛ filij eſt amboꝝ ſpũſſctũs. Idem in. vij. li. de tri. Spi-
rituſſanctus eſt ſumma charitas vtrũq̃ȝ coniungens:
noſq̃ȝ ſubiungens.

tatẽ ꝛ vnitatẽ ſubſtãtie. dꝛ ſꝫm ſubſtãtiã. ¶ Itẽ hocipſm vr̃ rõ
ne. qꝛ illud idẽ qd̃ dicit exẽplar actiue dꝛ imago paſſiue. ſꝫ exẽ
plar in diuinis dꝛ ſꝫm ſubſtãtiã. nõ ſꝫm relationẽ. ergo ꝛc. ¶ Itẽꝫ
imago ꝯſiſtit in repñtãdo aliq̃d. nõ tñ in ſubſtãtia ſed etiã
in diſtinctione ꝛ ordine diſtinctoꝝ. ſi ergo in diuinis nõ cadit
diſtinctio in vna pſona. neceſſe eſt ꝙ in diuinis attendaẽ ima
go ſꝫm ꝙ vnitas eſſentie eſt in tribus pſonis. ergo nõ notiona
liter ſed eſſencialiter dꝛ imago in diuinis. ¶ Cõtra Aug. i. vj.
de tri. Quid abſurdius q̃ imaginẽ dici ad ſe. ſed oẽ qd̃ dꝛ ſꝫm
ſubſtãtiã dꝛ ad ſe. ergo cũ imago nõ dicaẽ ad ſe non dꝛ ſꝫm ſub
ſtãtiã. ¶ Itẽ Hyla. iiij. de tri. Imago ſola nõ eſt. ergo imago
in diuinis eſt cũ alio. ſed eſſentia nõ ẽ cũ alio. ergo ꝛc. ¶ Itẽꝫ
hocipſm vr̃ ꝑ diffinitionẽ imaginis. qꝛ hyla. dicit ꝙ imago eſt
rei ad rẽ coequatio. ſed res q̃ coequaẽ rei eſt pſona. ergo ima-
go eſt pſone ad pſonã. ſed qd̃ dicit reſpectũ ad alterũ dꝛ ſꝫm re
lationẽ. ergo imago. ¶ Itẽ hocvr̃ ꝑ ethimologiã. Imago eñ
dꝛ quaſi imitago. ergo vbi eſt rõ imaginis. ibi eſt imitatio. ſed
diuina eſſentia nõ imitaẽ aliq̃d. qꝛ oẽ tale eſt ab aliquo. ergo
imago nõ dꝛ ſꝫm ſubſtãtiam vel eſſentiam. ¶ Rñ. dicẽdũ ꝙ ſi- 14
cut exẽplar ſꝫm proprietatẽ vocabuli dicit expſſionẽ ꝑ moduꝫ
actiui. vñ exẽplar dꝛ ad cuius imitationẽ fit aliq̃d. ſic ecõtra-
rio. imago per modũ paſſiui. ꝛ dꝛ imago qd̃ alterũ exprimit et
imitatur. Et hoc mõ accipiẽ imago dupliciter ſꝫ ꝙ duplex eſt 15
preſſio. ſ. vel in nature vnitate. vel ĩ nature diuerſitate. In na
ture cõitate ſiue vnitate. ſicut filius imperatoris dꝛ imago pa
tris. In nature diuerſitate. ſicut imago imperatoris eſt in nũ
mo. Sic reſpectu dei dꝛ imago per expreſſioneꝫ ſꝫm identitatẽ
nature. ꝛ ſic eſt imago increata. ꝛ dꝛ notionaliter ſiue ſꝫm rela-
tionem. qꝛ imago dicit emanationeꝫ. emanatio aũt in vnitate
nature non eſt niſi perſone. Dicitur etiam imago per expreſſio
nem in diuerſitate nature. ꝛ ſic dꝛ imago creata reſpectu totꝰ
trinitatis. ꝛ ſic pꝫ ꝙ imago in diuinis accepta dꝛ ſꝫm relationẽ
perſone ad perſonam. ꝛ hoc ſꝫm vocabuli proprietateꝫ. ſicut ꝓ
bant rationes ad hoc inducte. Sed q̃ñ contingit abuti nomi
ne exẽplaris. vt etiam dicatur exẽplar qd̃ ad imitationem al-
terius fit. ſic ecõtrario contingit abuti imagine. vt dicaẽ ima
go ad cuius expreſſionẽ fit aliquid. ꝛ ſic cum creatura fiat ad
expreſſionem vnius eſſentie in trinitate perſonarum põt dici
imago de tota trinitate. ꝛ ſic dꝛ imago imaginãs. cuꝫ de rõne
noĩs dicatur imaginatum. ſicut exẽplar dꝛ exẽplatuꝫ abuſiue
q̃uis exemplar ſit exemplans. ꝛ ſꝫm iſtuꝫ modum dꝛ accepiſſe
hylarius ꝛ Beda. vt dicit magiſter. xvj. di. ij. li. Tñ põt dici
ꝙ vterq̃ȝ loquitur de imagine creata. que cum ſit reſpectu vni
us eſſentie. eſt cõis imago trium perſonarum. ꝛ indicat vni-
tatem ſubſtantie in tribus. Unde nũq̃ imago pure dicitur ad
ſe. qꝛ ſemper dicit reſpectum. vel ad aliam pſonaꝫ. vel ad crea
turam. ſiue creature ad diuinam naturam. Nunq̃ etiaꝫ dꝛ pu
re ſꝫm ſubſtantiam. qꝛ ſemper notat vel diſtinctioneꝫ interius
vel exterius. Unde imago non dꝛ eſſentia ſimpliciter ſed eſſen
tia vt in tribus perſonis conſiderata. Tñ proprietatem ſermo
nis ſeruando imago dꝛ ſꝫm relationem perſonalem. ꝓut dici
tur imago eterna. Et concedẽde ſunt autoritates ꝛ rõnes ad
hoc. Ad autoritates in oppoſitum pꝫ reſpõſio. ¶ Ad illud er- 16
go ꝙ obijcitur ꝙ exẽplar dꝛ eſſentialiter. ergo ꝛc. dicẽdum ꝙ
nõ eſt ſimile. qꝛ tota trinitas eſt principium. Et ideo qꝛ exem-
plar rationem producentis dicit. vnde ſꝫm ſubſtantiaꝫ dꝛ ꝛ cõ
uenit toti trinitati. ſed nõ tota trinitas eſt principiata. ꝛ quia
imago dicit rationem producti proprie. ideo non conuenit to
ti trinitati. nec dꝛ ſꝫm ſubſtãtiam. ¶ Ad illud qd̃ obijcaẽ ꝙ ad
hoc ꝙ ſit imago ꝺꝫ exprimere diſtinctionem ꝛ ordinem. dicen 17
dum ꝙ illud verum eſt in imagine que eſt imago rei habentis
diſtinctionem ꝛ ordinem. ſicut habet homo in partibus. ꝛ to-
ta trinitas in perſonis. ſed cum res cuius eſt imago non habe
at diſtinctionem. vtputa vna perſona non oportet ſic exprimi
Uel poteſt dici ꝙ illud verum eſt quando imago ſubſtantiali-
ter differt. Tunc enim ad hoc ꝙ expreſſe exprimat neceſſe eſt
imitari in conditionibus ꝯſequẽtibus ſubſtãtiam. ſed cũ imi-
tatur in eadem forma ſubſtãtie nõ oportet.

**Queſtio. ij.** Utrum imago ſit proprium filij. Et ꝙ L
ſic videtur per Hylarium in propoſita
appropriatione. Eternitas in patre. ſpecies in imagine vſus
in munere. pater dꝛ ꝓprie ſimiliter munus. ergo ſi recte poni-
tur ex equo imago dꝛ ꝓprie de filio. ¶ Itẽ Aug. vj. de tri. So

bo. Sic in ꝓpoſito. diligere actum importat cōnectendi. ſiue
cōcordandi ⁊ ſpirandi. ⁊ ratione actus ꝯnectendi. dꝛ pater et
filius diligunt ſe ſpūſancto. hoc eſt inuicē concordādo. ſpirāt
ſpm̄ſanctum. vel ſpirādo ſpm̄ſanctum inuicem connectuntur.
Ex his patent obiecta. ¶ Quod em̄ obijcitur de mutua refle
xione. pꝫ reſpon. quia hec eſt ratione actus eſſentialis cōmu-
11 niter intellecti. ¶ Ad illud quod obijcitur. ꝙ diligere ſpiritū
ſanctum conuenit tribus. ⁊ dicitur reſpectu creature. Dicen-
dum ꝙ non conuenit tribus ratione ſpirationis quā importat
⁊ ideo quāuis dicatur reſpectu creature. non tñ dicitur eſſen-
tialiter oīno. ſed connotat aliquid eſſentiale. dicit tñ notionē
reſpectus quem importat ad ꝑſonam. ſicut ſupra dictū eſt de
12 verbo ⁊ dono. ¶ Ad illud quod obijcitur. ꝓ qua notione ſtat.
patꝫ ꝙ ſtat ꝓ cōmuni ſpiratione. tamen nō licet pro ea ponere
verbum ſpirandi. quia alio modo importat illam notionem.
Unde ſicut cōceditur hec. pater dicit verbo. nō tñ hec. Pater
generat filio. ⁊ tñ dicere importat ipſam generationē. Sic in
ꝓpoſito intelligendum eſt.

B **Queſtio. ij.** In qua habitudine cōſtruiꝉ ille abla
tiuus cū ſic dicitur. Pater ⁊ fili⁹ dili-
gunt ſe ſpiritu ſancto. Et ꝙ in habitudine forme videtur per ſi
mile. quia pater diligit amore a ſe procedente formaliter. er-
go pari ratione pater ⁊ filius diligūt ſe formaliter ſpiritu ſan-
cto. ¶ Itē nihil denominat aliquid ad quod cōparatur vt ad
principium ſolū niſi cōparetur vt informās. Nam quāuis cur
ſus ſit a deo non tamen deus dicitur currere ſed amor eſt a pa
tre. ⁊ filio: dicuntur amare. igitur amor eſt in ratione forme.
¶ Item omni nexu aliqui nectuntur formaliter: ſed ſpūſſan-
ctus eſt nexus. ergo aliqui illo nectuntur. ⁊ non niſi pater et
filius ⁊c. ¶ Item omni albedine aliquis eſt albus formaliter
ergo omni amore aliquis eſt amans formaliter. ſꝫ nihil amās
formaliter poteſt amare. niſi ille cuius eſt amor. Cuꝫ ergo ſpi
ritusſanctus ſit amor patris ⁊ filij. patet ⁊c. ¶ Contra. Omne
quod diligit formaliter alio a ſe. habet diligere ſolum per par
ticipationem: ergo ſi pater ⁊ filius diligunt formaliter aliquo
alio a ſe. ergo diligunt per participationem. ſed hoc eſt incon
ueniens. ergo ⁊c. ¶ Item ſi aliquis diligit aliquo formaliter.
illo circūſcripto. impoſſibile eſt intelligere amorem in eo. ſine
ipſum amare. ergo ſi pater ⁊ filius diligūt ſe ſpiritu ſancto. im
poſſibile eſt intelligere patrem amare non intellecto ſpiritu-
ſancto ſed hoc eſt falſum: ergo ⁊ primū. ¶ Item nulla ypoſta-
ſis eſt forma: ſed amor qui eſt ſpiritusſanctus eſt ypoſtaſis. er-
go non eſt forma. ergo nullus illo amore diligit formaliter.
¶ Item nullum relatiuuꝫ poteſt eſſe forma ſui correlatiui. qꝛ
ex forma ⁊ formato ſit vnum. relatiuum autem diſtinguitur a
correlatiuo. ſed amor qui eſt ſpiritusſanctus correlatiue ſe ha-
bet ad patrem ⁊ filium. ergo ⁊c. ¶ Item omnis forma eſt an-
te illud cuius eſt forma. ergo ſi pater ⁊ filius diligunt ſe ſpiri-
tuſancto formaliter. amor ille ꝑcedit diligere patris ⁊ filij. ſꝫ
hoc eſt falſum. quia dilectio ꝓducitur. ergo ⁊c. ¶ Reſpon. Di- 13
cendum ꝙ aliquoꝝ poſitio fuit ꝙ ille ablatiuus cōſtruitur in
ratione ſigni. non in ratione forme. Nam ſpūſſanctus ſe haꝫ
per modum ꝓducti reſpectu dilectionis patris ⁊ filij. ideo il-
lius eſt ſignum. Unde dicunt. ꝙ is eſt ſenſus locutionis. Pa-
ter ⁊ filius diligunt ſe: ⁊ huius ſignum eſt ꝙ concorditer ſpi-
rant ſpiritūſanctum. qui eſt amor vnicus ⁊ indiuiſus. ſed hec
poſitio eſt inſufficiens. Nam ſi ablatiuus poſſet conſtrui vere
in ratione ſigni cum verbo. hec eſſet vera. Pater ⁊ filius dili-
gunt ſe amore creato. quia amor creatus ſignuꝫ eſt illius. quā
nullus ꝯcedit. Si tu dicas ꝙ illud nō eſt ſignū ꝓpinquū. obij
citur. qꝛ tūc hec eſſet vera ſimplr̄. Pr̄ eſt ſapiēs ſapīa genita cū
ſapīa genita ſit maxime ſignum ſapientie in patre generante.
¶ Alioꝝ poſitio fuit. ꝙ ablatiu⁹ ille conſtruiꝉ in rōne forme.
Dicūt em̄ ꝙ diligere ſe. nihil aliud eſt dictū de patre ⁊ filio. ꝗ
inuicem cōnecti. ⁊ nexu formalr̄ connectunꝉ. ⁊ ſpūſſanctus eſt
ille nexus. ideo formalr̄ loquendo iſta eſt vera. Pater ⁊ filius
diligunt ſe ſpūſancto. ſicut hec formaliter eſt vera. Pater ⁊ fi
lius nectunꝉ nexu. Sed hec poſitio nō pōt oīno ſtare: qꝛ cū dꝛ
Pater ⁊ fili⁹ nectunꝉ. aut nectuntur dicit aliquid qđ ſit in pa-
tre ⁊ filio a ſpūſancto. aut quod eſt in eis vt principiū ſpiritus
ſancti. Si quod in eis a. ſſ. ergo pater ⁊ filius aliqđ recipiunt
a ſpūſancto. Si aliqđ cū nō poſſit recipere partē. ergo totū er
go ſunt a ſpūſctō. qđ eſt incōueniēs. Reſtat ergo ꝙ hoc quod
eſt nectunꝉ dicat aliquid qđ eſt in patre ⁊ filio vt ꝑncipiū ſpūſ
ſancti. quāuis ergo ſit paſſiua ſm̄ modum. actiua tñ eſt ſm̄ rē.
Et ſi hoc. ſpūſſanctus comparatur ad connexionē vt ad prin-
cipium. nō ergo vt rōne forme oīno. Patet ergo ꝙ prima poſi
tio dicit minus ſufficienter. ſecūda dicit nimis abūdanter: qꝛ
nimis exprimit. Et prima fuit magr̄i Simo. tornatēſis. Secū
da fuit magiſtri vuilli. altiſiođ. Et licꝫ neutra ſit omnino ſuf-
ficiens. tamen vtraqꝫ hꝫ in ſe aliquid veritatis. Nam prima di-
cit. ꝙ ſpūſſanctus ſe hꝫ ad patrē ⁊ filiū ꝑ moduꝫ ꝓducti ⁊ hoc
quidē verū eſt. Scđa dicit. ꝙ amor cōparaꝉ ad amātes vt in
rōne forme. ⁊ hoc quidē verū ē. Et iđ ex his duab⁹ poſitiōib⁹
quaꝝ vna ē inſufficiēs. alia excedēs. colligiꝉ media poſitio ſo
bria ⁊ ſufficiēs. ſ. ꝙ ille ablatiuus ꝯſtruiꝉ in rōne effectus for
malis ſilꝫ noiare effectū. ꝙ eſt ex ꝑncipio. Et hec fuit poſitio
magr̄i Hugonis de ſancto victore. qui hic clare vidit veritatē
Vn̄ redarguit illos qui reputāt hanc queſtionē inſolubilē. Vn̄
dicit ꝙ ſicut cum dꝛ. Ego diligo te amore a me ꝓcedente. ibi
eſt cōſtructio in ratione effectus formalis. ſic in ꝓpoſito. In
hoc tamen eſt differentia. qꝛ amor a te ꝓcedens. eſt in te reqe
ſcens: vt vniens ⁊ inherens. qꝛ eſt accidens. ſed in diuinis a-
mor a patre ⁊ filio ꝓcedens. eſt in eis requieſcēs vt vniens. nō
tñ vt inherens: qꝛ nō eſt accidens ſed ſubſtātia ⁊ ypoſtaſis. et
ideo adhuc minus hꝫ rationē forme. Concedende ſunt igitur
rōnes ad hoc inducte: quia ablatiuus hꝫ aliquo modo rōnem
forme. ¶ Quod tñ vltimo modo obijcitur. nō valet. quia om-
nis albedo eſt forma: ſed aliquis amor nō eſt ypoſtaſis. ¶ Ad 14
illud ergo quod obijcitur. ꝙ formaliter diligūt. ergo ꝑ parti-
cipationē. Dicendū ꝙ diligere alio ꝑ eſſentiā facit participa-
tionem. ſed alietas ꝑſonalis nō. Unde Hug. Animus human⁹
amor nō eſt: ſed ab ipſo ꝓcedit amor. ideo ſeipſo non diligit. pa
ter vo amor eſt. ⁊ ſpūſſanctus eius eſt amor. ideo diligit ſeipſo
diligit etiam ſpm̄ſanctum. ⁊ ideo patet ꝙ non per participatio
nem. ⁊ ideo pater ſequens. Quia em̄ pater ſeipſo diligit amo-
re eſſentiali. iđ pōt intelligi amare pr̄. ſpūſancto nō intellecto
nō ſic aūt eſt de amore notionali. Rōnes ſequentes ꝓcedunt

de forma ſm ꝙ h3 perfectum actum forme. Forme eñ eſt inhe
rere. ⁊ ideo nõ eſt ypoſtaſis. ideo etiã non diſtinguit. Ibi vero
ablatiuus cadit ab actu forme qui eſt inherere. ⁊ tenet actum
forme qui eſt vnire. ¶ Ad illud quod obijcit. ꝙ forma ꝑcedit
15 illud cuius eſt forma. Dicendũ ꝙ loquit de forma ſm ꝙ hab3
rõnem cauſe: quia ſic ꝑcedit. ſed ablatiu⁹ cadit a ratione cau-
ſalitatis. q2 conſtruitur ꝑ modum effectus formalis. pt3 ergo
ꝙ quodãmodo eſt ibi ratio forme quodãmodo ratio ſigni ⁊ in
hoc patet reſponſio ad omnia queſita.

Onſequẽter eſt queſtio de hac locutione. Pa
ter eſt ſapiens ſapientia genita. Et circa hoc
queruntur duo. Primo querit vtrũ illa locutio
ſit admittẽda. Secũdo ad intellectum huius
vtrum ſit hec admittenda. Pater eſt potens
virtute quam genuit.

C **Queſtio. j.** Quod prima locutio ſit admittẽda oñ-
ditur hoc mõ. j. Cor. j. Chriſtu3 dicim⁹
dei virtutẽ ⁊ dei ſapientiã. ſed vnuſquiſq3 eſt ſapiens ſua ſapiẽ
tia. ergo ſi xp̃s eſt ſapiẽtia pr̃is. ⁊ ſapiẽtia genita. pater eſt ſa-
piens ſapiẽtia genita. ¶ Itẽ Aug. vj. de tri. Fili⁹ eſt ars que-
dam oĩpotentis ⁊ ſapientis dei. vbi oĩa nouit. ſed vnuſqſq3 ar
tifex eſt ſapiẽs ſua arte. ergo pater eſt ſapiens filio. ergo ⁊c.
¶ Item hoc videtur rõne per ſimile: quia omnis amãs a quo
ꝓcedit amor. eſt amans amore a ſe ꝓcedente. ergo omnis ſa-
piens a quo ꝓcedit ſapientia. eſt ſapiẽs ſapientia a ſe emanan
te: ſed pater eſt huiuſmodi. ergo ⁊c. Item Aug. xv. de tri. No-
uit deus pater omnia in ſeipõ. nouit ⁊ in filio. ſed idẽ eſt noſſe
oĩa vt ſapientẽ eſſe: ſi ergo oĩa nouit in filio. non tñ i ſeipõ. ſ3
etiam filio eſt ſapiens. ¶ Item deus pater oĩa dicit verbo ſi-
cut dicit Aug. xj. cõfeſ. Verbo tibi coeterno. dicis quecũq3 di
cis. Sed dicere vt dicit Anſel. eſt intelligere ergo pater oĩa in
telligit verbo mediãte: ergo cum idẽ ſit eſſe ſapientẽ ⁊ intelli-
gere. pt3 ⁊c. ¶ Contra. In diuinis ſapere eſt eſſe. ergo ſi pa-
ter eſt ſapiens ſapiẽtia genita. ergo eſt ſapiẽtia genita. hoc au
tem falſum: ergo ⁊ p̃mũ. ¶ Itẽ nõ intellecta gñatione. adhuc
eſt intelligere deũ ſapientẽ: ergo ſapientia genita nõ eſt ratio
16 ſapientie dei. ¶ Rñ. Dicendũ ꝙ ſine diſtinctione cũ eſſe ſapiẽ
tem dicatur eſſentialr̃. ꝙ locutio eſt ſimpliciter falſa ⁊ ſi alicu
bi legitur. ab aliquo ſancto eſt exponẽda. Unde Aug. in li. re-
tractatio. illa retractat dicens. ꝙ melius illam queſtionẽ in li
bro de tri. tractauit vbi ſc3 dicit contrariũ. oſtendens illa3 rõ
nem nõ valere. ſi pater fuit ſine filio. cũ filius ſit eius ſapien-
tia. pater fuit inſipiẽs. q2 ſapientia nõ tñ conuenit filio. ſ3 pa
tri ⁊ filio ⁊ ſpũiſancto. ⁊ hoc ipm in lib. de tri. dicit in plurib⁹
locis. ſed maxime in. vj. ⁊. xv. ¶ Ad illud ergo quod obijcitur
17 ꝙ filius eſt ſapientia ⁊ virtus patris. Dicendũ ꝙ iſta concedi
tur. fili⁹ eſt ſapiẽtia patris ſapiẽtis. nec tñ iſta. pater ẽ ſapiẽs
ſapiẽtia genita. Unde notãdum ꝙ cũ dicitur ſapiẽtia alicuius
hoc d2 duplr̃. Aut ſicut ſubiecti. vt albedo petri. aut ſicut prin
cipij. genitiuus eñ originẽ importat qñ ergo filius eſt ſapien
tia habens originẽ a patre. ideo hec eſt vera. filius eſt ſapien-
tia patris. ¶ Cum aũt dicitur. pater eſt ſapiens ſapiẽtia geni
tã. ablatiuus cõſtruitur in rõne alicui⁹ cauſalitatis. vel in ha
bitudine forme vel ꝑncipij. ⁊ maxime forme. ⁊ ideo falſa. q2 fi
lius nec forma. nec ꝑncipium eſt patris. Si tu queras quare
non conſtruit in rõne formalis effectus ſicut amor cũ amante
a quo ꝓcedit. Dicendũ ꝙ nõ eſt ſimile. ⁊ huius duplex eſt rõ.
vna cõis ⁊ alia ſpecialis. Cõmunis que ſumpta eſt a creatu-
ris. qñ quidã ſunt actus qui dicũt motũ a rebus ad aĩa3 vt ſa
pientia. Quidã ab aĩa ad res. vt amare. iõ cõparatio amoris
eſt ad amantẽ in rõne exiſtẽtis nõ in rõne imptinẽtis. ⁊ ideo
amor de ſe importat formã ⁊ effectũ. Sed ſapiẽtia q2 d2 vt ad
intelligentẽ. nõ vt ab intelligente. ideo ablatiu⁹ tñ importat
formã nõ effectũ. ⁊ ideo eſt locutio falſa. Et alia ratio eſt ſpe-
cialis in diuinis: q2 amor ꝓcedens eſt amor ꝓprie nõ ꝑ appro
priationẽ. Et diligere eſt ſimilr̃ dictũ notionalr̃. vñ importat
originẽ vt ſupra mõſtratũ eſt. ſed ſapiã ſemꝑ eſſentialr̃. ⁊ hoc
quod eſt eſſe ſapientẽ nullo mõ d2 notionalr̃: quia nullo modo
18 importat originẽ. ⁊ iõ eſt locutio falſa. ¶ Ad illud qđ obijcit.
ꝙ pr̃ nouit oĩa in filio. Dõm ꝙ differunt dicere nouit filio ⁊ in
filio. Nã cũ d2 nouit filio. ablatiu⁹ importat rõnẽ forme vl' ꝑn
cipij cognoſcẽdi. ⁊ iõ falſa eſt ſimplr̃. Hec tñ eſt diſtinguenda
nouit in filio. q2 ꝑpoſitio cũ ſuo caſuali pt determinare h' ver-
bum nouit. in cõparatione ad ſubiectũ. ⁊ tunc eſt locutio fal-
ſa. Eſt eñ ſenſus ꝙ fili⁹ ſit patri rõ cognoſcẽdi. Uel põt vbum
determinare in cõparatiõe ad obiectũ. ⁊ tũc vera ẽ ⁊ ẽ ſenſus
ꝙ filius ſit rebus cognitis rõ. ⁊ exẽplar ⁊ cauſa exẽplandi. Et
ꝙ iſte poſſit eſſe ſenſus locutionis. pt3. Qui eñ ꝑfecte cogno
ſcit aliqđ. cognoſcit omne qđ eſt in illo. ſi ergo pater ꝑfecte co
gnoſcit filiũ. ⁊ in filio ſunt oĩa. ergo oĩa cognoſcit in filio. nec
tñ ex hoc ſequitur. ꝙ ſit ſapiẽs filio: q2 tunc ſignificatur ꝙ fi-
lius ſit ratio cognoſcẽdi ipi patri. ¶ Ad illud qđ obijcitur vl- 19
timo. ꝙ pater dicit oĩa verbo. Dicendũ ꝙ hoc ꝙ eſt dicere. im
portat originẽ. importat etiã effectum in creatura. quẽ dicit ꝑ
verbũ ſiue efficit: ſed intelligere nõ importat de ſe niſi ſolũmo
do actum eſſentialem. ita ꝙ nec importat de ſe reſpectũ ad ꝑ-
ſonam. nec ad creaturã. ideo nõ oĩno idem eſt dicere. dicit oĩa
verbo ⁊ intelligit oĩa v̾bo. dicere eñ idẽ eſt ꝙ intelligere: ſed
amplius importat.

**Queſtio. ij.** Utrũ hec locutio ſit admittẽda. Pater
eſt potẽs potẽtia quã genuit ſiue vir-
tute. Et videt ꝙ ſic. Quia quicũq3 opatur ꝑ aliquẽ ⁊ non põt D
ſine eo. habet potẽtiam ab eo. ſed pater opatur ꝑ filiũ. ⁊ nõ pt
opari ſine filio. ergo ⁊c. ¶ Item in diuinis idem eſt virtus et
opatio. ergo cũ pater operet ꝑ filiũ. põt ꝑ filiũ. ſed quicunq3
põt ꝑ alterũ. eſt potens potẽtia illius. ergo pr̃ eſt potentia ge
nita. ¶ Itẽ ſicut ſe h3 noſſe ad ſapientiã. ita opari ad potẽtiã
ſed bene ſequitur. iſte nouit ꝑ illum. ergo eſt ſapiẽs ꝑ illum er
go bñ ſequitur. iſte opatur ꝑ filiũ. ergo hab3 potẽtiam ab illo
ſiue ꝑ illũ. ergo ⁊c. ¶ Item cũ d2 pater opatur ꝑ filiũ hec ꝑpo
ſitio ꝑ. aut importat cauſam. aut inſtrumentũ. Non inſtrumẽ-
tum: q2 tunc fili⁹ nõ vere coopatur patri. Iterũ eſſet indigẽs
ſi ageret ꝑ inſtrumentũ. ergo in ratione cauſe. ⁊ ſi hoc ergo fi-
lius dat opari patri. ergo ⁊ potentiã. Si tu dicas. ꝙ nõ dicit
rationẽ cauſalitatis. ſed ſubautoritatẽ. cũ ergo ſimilr̃ habeat
ſſ. ſubautoritatẽ in opando ſicut filius. qua ratione d2 pr̃ opa-
ri ꝑ filium. eadẽ ratione ꝑ. ſſ. Si tu dicas. ꝙ hoc eſt dictum ꝑ
appropriationẽ. quero rõnem appropriãdi. Cũ eñ opatio ſit
ꝑ potentiã: ⁊ potentia appropetur patri nõ filio. nõ ergo pa-
tri poterat appropari opari ꝑ filiũ. ¶ Item cũ immediata cã
opationis ſit voluntas. ⁊ illa appropetur. ſſ. videtur ꝙ magis
debeat dici opari ꝑ. ſſ. ꝙ̃ ꝑ filiũ. ¶ Contra idem eſt eſſe poten
tem quod eſſe. ergo ſi pater eſt potens potentia genita. ergo
habet eſſe ab illo. ¶ Item potentia appropriatur patri. ergo
nec per ꝓprietatem nec ꝑ appropriationem conuenit filio. er-
go talis locutio magis eſt impropria ꝙ̃ iſta. pater eſt ſapiens
ſapientia genita. ¶ Item potentia qua aliquis eſt potens ſm
ordinem intelligendi antecedit poſſe. ſed generatio ordine in
telligendi ſequitur poſſe. ergo hec oĩno falſa. pater eſt potens
potentia genita. ¶ Rñ. Dicendum ꝙ hec eſt falſa ſimpliciter. 20
pater eſt potens potentia genita ⁊ magis impropria ꝙ̃ aliqua
predictarum. Ad intelligentiam autem predictorum notãdu3
ꝙ hec regula conſueuit dari de hac ꝑpoſitione per. ꝙ cum ver
bo abſoluto importat autoritatem. vt cum dicitur iſte eſt bo-
nus per illum: vel ſapiens vel potens. Cum v̾o verbo tranſiti
uo. importat ſubautoritatem. vt rex poteſt ꝑ balliuum. Dicen
dum eſt igitur ꝙ hec eſt falſa. pater eſt potens per filium. hec
eſt vera. pater opatur per filium. Et non valet argumentum.
Opatur per illum. ergo poteſt per illum. quia p̃mo importat
cauſalitatem reſpectu effectus. ⁊ poſtmodũ reſpectu patris.
¶ Ad illud ergo ꝙ p̃mo obijcitur. ꝙ qui opatur ꝑ aliquem. po 21
teſt per illum. Dicendum ꝙ falſum eſt. quia hoc non eſt ꝙ ha-
bet potentiam ab illo. ſed ꝙ habeat potentiã cum illo indiuiſ-
ſam. ⁊ dat illi poſſe. ideo ꝑ illum opatur. ⁊ non poteſt ſine illo.
¶ Ad illud quod obijcitur. ꝙ non differt opatio ⁊ potentia in 22
deo. Dicendum ꝙ verum eſt ꝑ comparationem ad deum. Dif-
fert autẽ quãtum ad effectũ cõnotatum. ¶ Ad illud quod ſeq 23
tur. nouit ꝑ filiũ. ergo ⁊c. Dicendũ ꝙ nõ eſt ſile de noſſe ⁊ opa
ri quãuis eñ noſſe ſit verbũ tranſitiuũ. tñ nõ cõnotat effectu3
ſicut opari. ⁊ iõ ꝑpoſitio per. non poteſt cũ ipõ importare ſub
autoritatem. vbi eñ eſt ſubautoritas. notatur ꝙ aliquid ſit a 24
duobus. ⁊ ab vno ꝑ alterũ. ⁊ ſic p3 illud. ¶ Ad illud qđ obijcit
vtrũ dicat rõnem cauſe vel inſtrumẽti. Dicẽdũ ꝙ neutrũ dicit
ꝓprie: ſed ſubautoritatẽ q̃ importat rõnem vtriuſq3 ꝙ̃tum ad
illud qđ eſt ibi cõpletionis. ¶ Quod obijcit. ꝙ filio appropa 25
tur opari per ipſum. ¶ Reſpon. ꝙ operatio eſt per virtutem ⁊
virtus

virtus appropriat᷑ filio ſi cut dr̄.j. Cor.j. Chriſtuꝫ dicimus dei virtutē ⁊ dei ſapientiã. Ratio aũt qua re virtus filio appropriat᷑ eſt. quia virt⁹ eſt vltimuꝫ potētie ſiue eſt potētia vl timata qm̄ igit᷑ filius pro ducit᷑ a patre ſm̄ oĩmodã pfectionē potētie: qꝛ gña re eſt actus pfecte poten tie. perfectum eſt eñ vnū quodqꜫ qñ poteſt genera re. ⁊ tale quale ipm̄ eſt qꝛ igitur filius accipit potē tiam pducēdi eque perfe ctam ſicut eſt in patre re ſpectu ſpūſſcti. ideo virt⁹ ei appropriat᷑. ideo dicit᷑ virtus patris. ⁊ brachiū. et dextra ⁊ poteſt opera ri p filiū. Aliter poteſt di ci ꝙ virtus dicit imedia tiorē ordinē ad actū ꝙ̄ po tentia: quia potētia ordi natur ad opus per diſpo ſitionē. ⁊ filio appropriat᷑ diſpoſitio. ideo ⁊ potētia diſpoſita. ⁊ ſic patent om nia queſita.

## Diſti. xxxiij.

De noībus ſubſtãtialib⁹ et pprietatibus in cõpa ratione ſm̄ conuenientiã et differentiã ad eſſentiã et perſonas.

Poſt ſupra dicta inte rius cõſi derari ⁊c. Supra e git magr̄ de noībus ſubſtãtialib⁹ ⁊ pprietatibus per ſe ⁊ ſi gillatim. Hic tertio loco agit de his in cõparatiōe ⁊ hoc ſm̄ conuenientiaꝫ ⁊ differentiã. ⁊ hꝫ pars iſta duas partes. In prima q̄ rit magr̄ de pprietatibus in cõparatione ad eſſen tiam ⁊ perſonas. In ſecũ da võ agit de compara tione pſone ſiue rei natu re ad naturam infra. diſ. xxxiiij. predictis adijciē dum eſt ⁊c. Prima pars habꝫ duas partes ſꝫ duo opera ſapiētis. Quoꝝ pri mū eſt nõ mentiri. de q̄b⁹ nouit. Et ſcḋm eſt mentiē tem poſſe manifeſtare. Vñ in pma parte pmo oñ dit ⁊ pbat veritatē. In ſe cũda eã defendit ↄtra fal ſitatē. ibi hoc aũt aliq̄ ne gant. Prima pars hꝫ q̄t tuor partes. In pma oñ dit ꝙ pprietates ſunt pſo ne. ⁊ in pſonis p naturaꝫ ipſius pprietatis: qꝛ eter na eſt ⁊ diſtincta. In ſcḋa

☞ Oſtēdit ꝙ pprietates ſunt ipſe pſone ⁊ in pſonis p naturã ipſi⁹ pprietatis. quia eterna eſt ⁊ diſtincta. a

Poſt ſupradicta interius cõſide rari atqꜫ ſubtili ter inq̄ri oportꝫ vtrū pprietates perſonaꝝ quibus ipſe perſo ne determinatur ſint ipſe per ſone ⁊ ſint de⁹. i. diuina eſſen tia an ita ſint in pſonis. vt nõ ſint pſone: ac p hoc nec diuina eſſētia. Qꜫ eñ in pſonis ſint pprietates. nemo inficiari au det. cum aperte clamet autori tas ꝙ in pſonis ē pprietas. ⁊ in eſſentia vnitas. Superius quoqꜫ multiꝫ ſanctoꝝ teſtimo nijs aſtruximus pſonas p p prietates diſtingui atqꜫ deter minari. ipſaſqꜫ proprietates tres ſcꝫ pprijs expreſſim⁹ vo cabulis. ¶ Cū ergo pprieta tes ipſe ab eterno fuerint. qui bus ipſe pſone determinãtur ⁊ differunt. quomõ eſſent ſi in eis nõ eſſent. ⁊ quomõ in eis eſſent. ⁊ ipſe pſone non eſſent quin ibi eſſet multiplicitas. Quocirca ſicut proprietates eſſe in pſonis. ita ⁊ eas perſo nas eſſe ↄfitemur. ſicut ſupra autoritate Hieroni. vt nõ pi geat reuocare ad mentē. pte ſtati ſumus in expoſitione fi dei ita dicentis.

☞ Concludit idē per violē tiam ſabellij. b

¶ Sabellij hereſim declinan tes. tres perſonas expreſſas ſub pprietate diſtinguimus. Non eñ nomina tantūmodo ſed etiã nominū pprietates. i. pſonas vel vt greci exprimūt ipoſtaſes. hoc eſt ſubſtantias ↄfitemur. Ecce apte dicit pſo nas pprietatibus diſtingui ⁊ ipſas pprietates eſſe pſonas cui⁹ hic v̄ba pſtringim⁹. qꝛ ſu pra latius poſuimus.

☞ Cõcludit hoc ipm̄ p na turã diuine ſimplicitatis. c

¶ Cūqꜫ de ſimplicitate deita tis ſup diſſererem⁹ autoritati bus ſctõꝝ. ſ. Aug. Hyla. Iſi do. necnõ ⁊ Boe. euidēter mõ ſtrauim⁹ deū hoc eſſe oĩno qḋ in ſe hꝫ. excepto ꝙ pr̄ hꝫ filiū nec eſt fili⁹. ⁊ filius habet pa trem nec eſt pr̄. ⁊ ſic eſt in natu ra trium. vt qui hꝫ hoc ſit qḋ habet. ⁊ totum qḋ ibi eſt vnuꝫ eſſe. vnã vitã eſſe. quod modo non iteram⁹ ne faſtidiū lecto ri ingeram⁹. Si ergo pprieta tes ibi ſunt. ſingula caꝝ eſt id in quo eſt. ⁊ vnum eadēqꜫ vite ſingule ſunt. Fateamur ergo ⁊ pprietates eſſe in tribus p ſonis. ⁊ ipſas eſſe pſonas atqꜫ diuinam eſſentiam.

☞ Autoritate aſtruit ꝙ p prietates nõ tm̄ ſint pſone ſꝫ ēt diuina eſſentia ſeu natura. d

¶ Qꜫ eñ pprietas etiã diui na natura ſit. oñdit Hyla. di cens natiuitatē filij eſſe natu ram. Unde in. vij. li. de tri. ait. Utriuſqꜫ natura non differt: vnum ſunt pater ⁊ filius. Ha bet ergo hoc ſacri natiuitas: vt complectat᷑ in ſe. ⁊ nomenꝫ naturã ⁊ poteſtatem. quia na tiuitas non põt nõ eſſe ea na tura vnde naſcatur fili⁹. Ideꝫ in. vj. Natiuitas proprietas eſt. veritas eſt. Idem in. vij. di cit. ꝙ nature natiuitas ſit in telligenda eſſe in natura dei. Supra eñ dixit ꝙ proprium patris eſt ꝙ ſemp pater ē ⁊ p priū filij ē ꝙ ſemp fili⁹ ē ſigni ficans ꝙ pprietas pr̄is ē pr̄. ⁊ pprietas filij eſt fili⁹. His a lijſqꜫ plurib⁹ autoritatib⁹ ap te ſignificari vr̄. ꝙ pprietas fi lij fili⁹ ſit ſic ⁊ de⁹. ita ⁊ pprie tas patris ⁊ pprietas. ſſ.

☞ Ponit obiectionē ꝙ p prietates non ſunt pſone: qꝛ rationalis videtur. reſpondet ad veritatem. e

¶ Hoc aũt aliqui negãt dicē tes quidã pprietates in pſo nis eſſe. ſꝫ nõ eē pſonas ipſas: quia ita dicūt eſſe in perſonis vel ĩ eſſentia diuina. vt nõ ſint interius. ſicut ea ſunt que ſm̄ ſubſtantiam dicunt᷑ de deo. vt bonitas iuſticia: ſꝫ extrinſec⁹ affixa ſunt. atqꜫ ita eē rõnib⁹ probare contendūt. Si eñ in quiūt pprietates ſunt pſone nõ eis pſone determinantur. Contra quod dicimus. quia etiã ſeipſis perſone differūt ſi cut ſupra Hiero. loquēs d̄ pa tre ⁊ filio ⁊ ſpūſctõ dicit ſub ſtantia vnū ſunt. ſed perſonis ac nominibus diſtinguuntur.

oñdit illud idē p violen tiaꝫ autoris Sabellij. ibi Sabellij hereſim declinã tes vbi ponit autoritates Hiero. In tertia oſtēdit hoc ipm̄ p naturã diuine ſimplicitatis. ibi. Cūqꜫ d̄ ſimplicitate diuinitatis. In q̄rta oñdit. ꝙ pprieta tes nõ tm̄ ſunt pſone ſꝫ ēt diuina eſſentia. Et hoc p bat efficacia autoritatis. ibi. ꝙ vero pprietas etiã diuina natura ſit. vbi po nit autoritatem hylarij. ¶ Similr̄ ſecũda pars in qua ponit magiſter veri tatis probare defenſionē ponendo alioꝝum ratio nes ⁊ ſuas reſponſiones. ſm̄ ꝙ duplex eſt modus impugnandi veritatē. ſcꝫ per rationes ⁊ autorita tes. ita hec pars hꝫ duas partes. In pma ponit ra tiones ⁊ reſpõſiones. In ſecunda autoritates. ibi. verūtamen nõdum deſi ſtunt ⁊c. Prima pars ha bet quattuor partes. In prima ponit obiectioneꝫ. ꝙ pprietates nõ ſint pſo ne. ⁊ quia rationalis erat reſpõdet ad veritatē. Se cundo võ ſubiūgit aliam rationē. ⁊ quia curioſa vi detur. reſpõdet ad homi nem nõ ad rationem. ibi. ſed iterum addūt ⁊c. Ter tio adhuc reſumit ratio nem illoꝝ. ⁊ reſpõdet ad veritatē. ibi. Ceterum he reticoꝝuꝫ improbitas ⁊c. Quarto ⁊ vltimo ſubiun git coꝝ interrogationem ⁊ quia curioſa erat. preſi git terminū humane inq̄ ſitioni ibi. Sed forte que re. cū he proprietates ⁊c. Et quelibet iſtarum par tium poſſet ſubdiuidi. ſcꝫ ꝙ primo ponit oppoſitio nem. ⁊ ſecundo reſponſio nem. ⁊ illud manifeſtū in littera eſt. Ultima pars in qua reſpõdet magiſter autoritatibus quas indu cunt. ſimiliter habꝫ duas partes ſm̄ duas autorita tes Auguſtini quas indu cunt: ⁊ prima ſumpta eſt ab expoſitione pſalmiſte. ſecunda vero ſumpta eſt ab Auguſtino. vj. de tri. Prima pars ponitur ibi. Uerūtamen nondum deſi ſtunt. Et ſecũda ponitur ibi. Item illis verbis Au guſti. Et quelibet harum poteſt ſubdiuidi quia pri mo ponit autoritatem ſi ue rationem. ſecundo võ diſſoluit.

Ex pdi ctis con cludit p prietates eſſe pſo nas et vnã eſſen tiam.

Hylari⁹

Riſſio

a ¶ Horum doctrinis nouis ꝛ humanis ꝛc. videt̃ inſufficienter reſpōdere: q: nō ſoluit argumentum ſed dicit ꝙ eſt incōpꝛehēſibile. ꝛ videt̃ ꝙ iſta euaſio nulla ſit. aut eñi argumentum neceſſario cōcludit. aut ſophiſtice. Si neceſſario. tunc ergo cū procedit ex veris cōcluſio eſt vera. Si non neceſſario: tūc ergo ſophiſticum eſt: ſed vnum ſophiſma nō eſt incōpꝛehenſibile. ꝛ ita videtur ꝙ male applicet autoritatē Hylarij. ¶ Rñ. dicendū ꝙ ad argumentum facile eſt reſpondere quia ibi eſt ſophiſma ſm accidens. ꝓprietas ē eēntia. ꝛ eēntia nō diſtinguitur. ergo nec proprietas. ſed hoc magiſter non dicit incōpꝛehenſibile. ſ; dimittit tanq̄ ſophiſticum ꝛ indignū diſcuſſione maioꝛum. S; illa queſtio veritatis que ſequitur incōpꝛehenſibilis eſt ſ; ſtatū vie. qm̄ ſi per oīmodā idētitatē p̄dicatur eſſentia d̄ proprietatibus ꝛ ecōuerſo. hec diſtinguitur. ꝛ illa non. ꝛ hoc eſt nobis incōpꝛehenſibile. Q: eñi videmus per ſpeculū. itelligimus ꝑ ſimilitudinē ſumptā a creaturis. ꝛ hoc nullum ſub celo habet ſimile immo ſolius dei propꝛiu; ꝓpter ſummā ſimplicitatem. ideo dicit magiſter eſſe incompꝛehenſibile. Nec eſt ſimile de genere ꝛ differentia q: genus p̄dicatur de differētia. ꝛ h̄ diſtinguit. ꝛ illud non. q: nō p̄dicatur ꝑ idētitatē;. Ideo cū Hylari⁹ dicit. ꝙ eſt incompꝛehenſibile et deſcribit incōpꝛehēſibilitatem q̄tum ad triplice; vim. quātum ad receptiuam. cū dicit incōpꝛehenſibile ꝛc. q̄tū ad expꝛeſſiuam cū dicit extra ſermonis ſignificationē. q̄tum ad indicatiua;. cum dicit extra ſenſus intentione;. ꝛ alia que ſequunt̃ his tribus aptantur. vt patet inſpicienti.

b ¶ Quorum audacie reſiſtētes ꝛc. dicit ꝙ ꝓprietates que ſunt in ipoſtaſibus. ꝛ eas determināt in eſſentia ſunt: ſed eam non determināt. Videtur eſſe oppoſitio. q: oīs proprietas eſt determinatiua ei⁹ in quo eſt alioquin in illo nō eſt. g̃ ſi ꝓprietates nō determināt eſſentiam. nō ſunt in eſſentia.

Ponit aliā obiectionē. Et q: curioſa eſt reſpōdet homini non rationi. f

¶ Sed iterū addūt. Si ꝓp̄etates ip̄e diuina eſſentia ſunt cū eſſentia nō differāt tres ꝑſone. nec ꝓprietates differūt. Quō eñi differt pr̃ a filio eo ꝙ diuina eſſentia eſt cū in eēntia vnū ſint. a Horū doctrinis nouis ꝛ hūanis cōmentis verbo Hylarij rñdeo. Immēſum eſt qđ exigit̃ ꝛ incōpꝛehēſibile. extra ſignificātiā ē ſermōis extra ſenſus intētionē. nō enūciatur. non attingitur nō tenetur verboꝝ ſignificātia rei ipſius natus conſumit. Senſus cōtemplationē imperſpicabile lumen obcecat. intelligētie capacitatē qđ ſine nullo continetur excedit. Mihi g̃ in ſenſu labes ē in itelligētia ſtupoꝛ eſt. in ſmone ṽo nō iā infirmitatem: ſ; ſilētiū ꝯfiteboꝛ. ꝑiculoſum nimis ē de rebus tātis ac tā recōditis ali q̇d vltra preſcriptū celeſte ꝓferre vt vltra ꝑ̄finitionē dei ſmo de deo ſit. foꝛma fidei certa ē. Nō g̃ aliq̇d addēdū eſt. ſ; modus cōſtituēdus audacie. quicq̇d vltra queritur non intelligitur.

Reſumit rōnem illoꝝ ꝛ rñdet ad veritatem. g

¶ Ceterū hereticoꝝ impꝛobitas inſtinctu diabolice fraudulētie excitata nōdu; q̇eſcit ſ; in tāta rerū q̄ſtione addit. Si paternitas ꝛ filiatio ī deo ſiue in diuina eſſentia ſunt. eadem g̃ res ſibi pr̃ ē ꝛ fili⁹. Nā in quo pr̃nitas eſt. pater eſt. ꝛ in quo filiatio eſt. filius ē. Si ergo vna eadēq; res habet in in ſe paternitatē ꝛ filiationē. ipſa generat et generatur. qđ dicētes in ſabellianā hereſim pertrahunt̃ extendētes patrē in filiū. cū ip̄m ſibi filiū ipſum proponāt ꝛ patrem. Si ṽo negauerint in vna dei eēntia paternitatem eſſe ꝛ filiationem. quomodo ergo dicunt eē deū. His atq; alijs argumentoꝝ aculeis vtuntur in ſue opinionis aſſertione vt veritatis foꝛ b mam diſſecēt. Quoꝝ audacie reſiſtētes atq; ignoꝛātie ꝓuidētes audebimus aliq̇d ſuper hoc loqui. pr̃nitas ꝛ filiatio nō ita eē oīno in diuia ſubſtātia dñr ſicut in ipis ipoſtaſibus. ī q̇bus ita ſunt ꝙ eas determināt vt ait Io. dama. Caracteriſtica ideomata ſunt. i. determiatiue ꝓprietates ipoſtaſeos ꝛ nō nature etenī ipoſtaſim d̄termināt ꝛ nō naturā. Idēq; l; pr̃nitas ꝛ filiatio ſint in diuia eēntia. cū eā nō determinēt: nō iđ pōt dici ꝙ diuia eſſentia ꝛ generet ꝛ gn̄etur vl' ꝙ eadē res ſit ſibi pr̃ ꝛ filius. Ita eñi ꝓprietas determinat ꝑſonā. vt hac ꝓprietate ipoſtaſis ſit gn̄ans ꝛ illa alia ipoſtaſis ſit genita. ꝛ ita nō idem gn̄at ꝛ gn̄at̃ ſ; alter alterum.

Subiūgit eoꝝ īterrogationē quō. ſ. ꝓp̄etates pñt eē ī natura. nec eā determinent. Et quia curioſa eſt ꝑ̄figit terminū hūane inquiſitioni. h

¶ S; forte q̄res cū he ꝓpꝛietates nō pñt eē in ꝑſonis q̄n eas determinēt. quō ī diuina eēntia eē poſſint. ita vt nō ea; c determinēt. Rñdeo tibi ꝛ hic cū hyla. Ego neſcio. nō req̇ro ſ; ꝯſolaboꝛ metū archāgeli neſciūt. angeli nō audierūt. ſcl'a nō tenēt. ꝓph̄a nō ſenſit. apl's nō interrogauit filius ipſe nō edidit. Ceſſet ergo doloꝛ querelaꝝ non putet hō ſua intelligētia gn̄ationis ſacr̃m poſſe conſeq̇. Abſolute tñ intelligēdus ē pr̃ ꝛ fili⁹ ꝛ. ſſ. Stat in h̄ ſine intelligētia ṽboꝝ. Eſt filius a pr̄e qui ē vnigenit⁹ ab ingenito. ꝓgenies a parēte viuus a viuo. nō natura deitati; alia ꝛ alia. q: ambo vnū. Hoc credēdo incipe. ꝑcurre. perſiſte. ꝛ ſi nō ꝑuentuꝝ ſciā. tñ gratulaboꝛ pꝛofecturū. Qui eñi pie infinita ꝓſequitur ꝛ ſi nō ꝯtingat. tñ aliqn̄ ꝓficiet ꝓdeundo. S; ne te inſeras ī illud ſecretū ꝛ archanū inopinabilis natiuitatis. ne te imergas ſummā intelligētie ꝯp̄hendere ꝑ̄ſumēs: ſ; itellige incōpꝛehēſibilia eē. His alijſq; multis euidēter oñdit̃ nobis nullaten⁹ licere maieſtatē ꝑſcrutari ius ponere ꝑtāti. modum circūſcribere infinito.

Rñdet autoꝛitati au. q̄ ſumpta ē ab expoſitōe pſalmi quā opinionē ſuā. ſ. ꝙ ꝓp̄etas determināt eſſentiam. nō ſunt in eſſentia. ¶ Rñ. dicendum ꝙ magiſter bene Rñ. ꝙ reſpondet: quia hec prepoſitio in. notat diuerſas habitudines. Aliter enī; nō ita dicitur pater in filio. alit̃ ſic ī deo paternitas in patre. Pater eñi in filio eſſe dicitur cui ipoſtaſis ſed non ſicut ꝓprietas diſtinctiua. ſed ſicut perſona cō ſubſtantialis. paternitas in patre. ſicut propꝛietas diſtinctiua. Sic vult dicere magr̃ ꝙ aliter ſunt ſiue dicūtur eſſe propꝛietates in eſſentia q̄ in perſona. Nam in eſſentia dicūtur eſſe propter identitatem. ita ꝙ in omnino dicit idētitatem. In perſonis dicuntur eſſe ſicut vere propꝛietates in ipoſtaſibus: ꝛ determinationes in determinatis. In creaturi; aūt non eſt vnus modus ſine alio. quia propꝛietas non omnino idem eſt cu; eo cuius eſt propꝛietas. ꝛ ideo in creaturis nō dicitur eſſe propꝛietas in aliquo niſi in eo cui inheret. non ſic in diuinis.

c ¶ Reſpōdeo tibi ꝛ hic cum hyla. ꝛc. Videtur falſum quod dicit. ꝙ ſolutionem iſtius queſtionis archangeli neſciunt. cū eñi ſint cōpꝛehenſoꝛes cōſtat ꝙ oīa cognoſcūt que ſunt de ſubſtantia gloꝛie ergo cognoſcunt diſtinctione; perſonaꝝ ꝛ eſſentie vnitatem ꝛ modū: ergo vident quare ꝓprietates determināt ipoſtaſim nō eſſentiam. Et iterū ſi cōpꝛehēſio erit de q̇bus eſt modo fides. ꝛ nos modo fide tenem⁹ ergo ī patria cognoſcemus. ¶ Rñ. Dicendū ē ꝙ ſicut dicit Aug. de tri. ſicut fouea dicitur eſſe ceca. nō ꝙ ipſa non videat. ſed quia quod habet non oñdit alijs. Sic angeli dicuntur ignoꝛare ꝛ ſcī ꝑꝑ hoc ꝙ nō reuelant talia. ſ; magis intelligibilia. ꝛ quia talia nō habent ſimile in creatura imo magis diſſimile dicunt̃ nobis incōpꝛehēſibilia. Et remouet hylari⁹ triplicē cognitionē quā habemus de rebus diuinis. Vna eſt per 4 angeloꝝ reuelationē. alia ꝑ ꝓphetaꝝ illuſtrationē; tertia ꝑ apl'oꝝ pꝛedicationē. Et dicit āgelos nō audire: q: ipi recipiūt reuelationē a maioꝛibus ꝛ nobis expꝛimūt. magr̃ g̃ bene rñdet

5 ne reſpondet oſtēdendo inſufficientiā. Si eñ queratur quare proprietas eſt in perſona. vt diſtinguens: in eſſentia non. Rñ detur ꝙ perſona ſe habet ad aliam ⁊ refertur ⁊ diſtinguit. ⁊ ſi hoc reſpondeat. adhuc manet queſtio quare perſona refertur
6 ergo reſpondetur quia vna eſt eſſentia. tres perſone. Si tu q̄ras huiuſmodi omnino ſimile. non inuenies ⁊ ideo in fundamēto fidei oportet ſiſtere.
d ¶ Nos autē aliter foꝛe iſta intelligēda ⁊c. Notā dum ſup iſta ſolutiōe magiſtri quā ponit hic ꝙ locutiones iſte quas ꝓponit Augu. ſcʒ pater nō eſt eo ſubſtātia quo eſt pater ⁊ cōſimiles duplices ſunt qꝛ ablatiu⁹ impoꝛtat habitudinē in rōne foꝛme ſiue cauſe foꝛmalis. ꝗuis i diuinis nō cadat vere habitudo cauſe quātum ad rem. tñ quātum ad rationem intelligendi. Poteſt ergo cāſitas cadere ſub negatione. vt ſit negatio cauſalitatis. ⁊ tunc locutio eſt vera. ⁊ in hoc ſenſu accipit Augu. ⁊ magiſter exponit. Eſt enim ſenſus nō eo eſt deus quo pater qꝛ paternitate ē pater tāꝙ ratione dicēdi vel intelligendi. non ſic aūt paternitas eſt rō dicendi ipm eſſe deū vel intelligendi ⁊ tunc locutio vera eſt. et nihil facit pro poꝛretano Poteſt iterū eſſe cauſalitas negationis. ⁊ tūc eſt falſa. ⁊ eſt ſenſus. nō eo ē eſt deus quo pater id eſt quātuʒ ad id qd̄ eſt pater nō eſt de⁹. et in hoc ſenſu accipit poꝛretan⁹ ⁊ ita eſt falſus intellect⁹. ⁊ ſic non accipit Augu.

Ad intelligentiam preſentis diſtinctionis quattuoꝛ queruntur. Pꝛimo queritur de cōparatione ꝓprietatis ad ꝑſonam. Secundo de comparatione ꝓprietatis ad eſſentiam. Tertio de cōparatione vnius ꝓprietatis ad aliam. Quarto de cōparatione eiuſdem propꝛietatis ad ſeipſam.

a **Queſtio. j.** De cōparatione ꝓprietatis ad ꝑſonaʒ. Et querit vtrū ꝓprietas ſit perſona. Et ꝙ nō oñdit hoc mō. Vbicūqꝫ eſt vere determinās ⁊ determinatum ſm rē. ibi determinās differt a determinato. Nā ſi nō differt nō ē determinās vere. ſʒ totū ē determinatū. ſʒ ꝑſona i diuinis eſt vere determinatū. ⁊ ꝓprietas vere determinās qꝛ ꝓprietas vere ⁊ nō ſm modū dicendi ſolū diſtinguit ꝑſonā. ergo propꝛietas differt a ꝑſona. ſed differentia non ꝑdicatur de ſe in abſtractione. ergo nec ꝓprietas de ꝑſona vel econuerſo. ¶ Item vbicūqꝫ eſt vere abſtractū ⁊ concretum ibi differt qd̄ abſtrahitur ab eo a quo abſtrahit. ſed ꝓprietas ſignificat in concretione ad ꝑſonā cum dꝛ pater. ⁊ in abſtractione cū dicit paternitas. ⁊ non tm̄ eſt differentia in modo loquēdi. qꝛ aliq̄d dicitur de patre quod nō de paternitate. ergo vere differt paternitas a perſona. ſed quod vere differt ab alio. nō ꝑdicat de eo in abſtractione. ergo ⁊c. ¶ Item vbicūqꝫ eſt abſolutum ⁊ reſpectiuū. abſolutū nō eſt ipſe reſpectus quātūcunqꝫ ſeipſo referatur. Unde quāuis materia ſeipſa referatur ad foꝛmā. tamen non eſt ipſe reſpectu ad foꝛmā: ergo cū in diuinis perſona vere ſit ſubſtātia abſoluta. relatio ſit verus reſpectus. quātūcunqꝫ ſeipſa referatur perſona. non eſt verus reſpectus. ſiue ipſe reſpect⁹ nec econuerſo ergo ꝓprietas non eſt ipſa perſona. ¶ Ex his tribus ſuppoſitionibus arguebat poꝛretanus. ꝙ perſona non eſt ꝓprietas. nec econuerſo. et qꝛ omne quod eſt i perſona. eſt perſona propter ſummā ſimplicitatem. Arguebat vlterius. ꝙ ꝓprietates non ſunt in ꝑſonis: ſed aſſiſtunt. Et ꝙ iſta poſitio ſit conueniens. videtur autoꝛitate Boetij de trinitate. Dicit enim ꝙ relatio nō in eo quod eſt eē conſiſtit. ſed in comparatione. ¶ Item hoc ipſum oſtenditur ratione. quia omne quod aduenit alicui ⁊ recedit ſine ſui mutatione. non ꝑdicat aliquid quod ſit in illo. ſʒ ſolum eſt aſſiſtens: ſed relatio eſt huiuſmodi. vt patet in dextro ⁊ ſiniſtro. ergo ⁊c. Cum ergo propꝛietates ſint relationes. non ſunt perſone. nec in perſonis. ſed aſſiſtunt. ¶ Contra. Omne ſimpliciſſimū eſt id quod habet. excepto eo ad quod relatiue dicitur. Hec eſt Auguſti. in. xj. de trinitate. ⁊ per ſe nota eſt. ſed diuina perſona eſt ſimpliciſſima. aliter non eſſet deus. et non dicitur relatiue ad ꝓprietatem. ergo eſt propꝛietas. ¶ Item omne perfectiſſimum eſt omne illud a quo perficitur ⁊ denominatur. hec eſt per ſe nota. quia aliter denominans ⁊ perficiens eſſet ꝑfectius eo. Et Auguſtin⁹ iſtam proponit. vj. de trinitate dicens ꝙ ipſe deus eſt maximus. ideo eſt ſua magnitudo: ſed perſona diuina eſt perfectiſſimum quid. ⁊ denominatur ſua propꝛietate. ergo perſona eſt ſua propꝛietas. ⁊ pater ē paternitas. ¶ Item omne ſimpliciter pꝛimū eſt. quicquid habet excepto eo ꝙ ex illo. Nam ſi habet aliquid quod nō ſit ab ipſo. vel quod non ſit ipſum. illud eſt eque pꝛimū vt ipſum. ergo ipſum non erit ſimpliciter pꝛimū. ſed pater habet paternitatem ⁊ paternitas non eſt ab ipſo. ⁊ ipſe eſt ſimpliciter pꝛim⁹ ergo pater eſt paternitas. eadem ratione filius eſt filiatio et ſpiritusſanctus proceſſio. ¶ Ex his concluditur. ꝙ propꝛietates non ſunt tātum perſone: ſed etiam in perſonis. Et ꝙ iſtud verum ſit videtur autoꝛitate Hieronymi. Tres inquit perſonas expꝛeſſas ſub propꝛietatibus diſtinguim⁹ in libꝛo de expoſitione fidei catholice ad philippum. ¶ Item hoc videtur ratione. Quia omne quod eſt. aut eſt ens per ſe: aut in ſe. aut in alio. Propꝛietates igitur. aut ſunt per ſe entes. ⁊ ita ſubſtātia. aut in alio. Si in alio non niſi in perſonis, quia propꝛie-

Q: alr intelligēda ſūt illa verba ꝙ dicūt

patris vel filij non ſit de⁹ muniunt: i

¶ Verūtñ nōdū deſiſtūt ipatiētie ſpū agitati ſʒ opinionē ſuā etiā ſctōꝝ autoꝛitatib⁹ munire conant̄ q̄bus oſtēdere volunt ꝓprietatē qua pr̄ eſt pat̄. ⁊ ꝓprietatē qua fili⁹ eſt filius nō eſſe deū ad hoc inducētes v̄ba Aug. ſup illū locū pſ̄. Et nō eſt ſubſtantia. ita dicentis. De⁹ eñ q̄dā ſubſtātia ē. Unde etiā i fide catholica ſic edificamur. vt dicam⁹ patrē et filium. ⁊. ſſ. vnius eſſe ſubſtātie. Quid ē vni⁹ ſubſtātie. Quicq̄d ē pr̄ qd̄ de⁹ ē. hoc eſt fili⁹. h̄ eſt. ſſ. Cū aūt pr̄ ē nō illud ē qd̄ vel q̄ eſt. Pr̄ eñ nō ad ſe ſʒ ad filiū dꝛ. ad ſe aūt deus dꝛ. Eo igit̄ qd̄ vl̄ quo de⁹ ē. ſubſtātia ē. Et qꝛ eiuſdē ſubſtātie ē fili⁹ ꝓculdubio ⁊ fili⁹ ē de⁹. At v̄o qd̄ pr̄ ē qꝛ nō ſubſtātie ē ſʒ refert̄ ad filiū. nō ſic dicim⁹ filiū patrē eē ſicut dicim⁹ filiū deū eē. Ex his v̄bis ſignificari dicunt ꝙ ꝓprietas pr̄is vl̄ ꝓprietas filij nō ſit deus vel eēntia diuina. Cū eñ dr̄ eo ꝙ de⁹ eſt ſubſtātia ē. ſʒ ꝙ pr̄ ē ſubſtātia nō ē. apte inquiūt oñdit id eē ſubſtātiā q̄ de⁹ ē. id v̄o quo pr̄ ē nō eē ſubſtātiā. Itē cū ait pr̄ nō illud ē qd̄ ē oñdit eū nō eē patrē eo ꝙ ſubſtātia ē. Nō eī ſimplr̄ dixit pr̄ nō ē illud qd̄ ē: ſʒ ait cū pr̄ eſt. nō illud eſt qd̄ ē ſignificans quo pr̄ eſt nō eſſe illud quo eſt. i. eſſentiaʒ. Hec illi ita exponētes ſua cōmēta ſimplicib⁹ ⁊ incautis v̄a vide
d ri faciūt. Nos aūt aliter foꝛe iſta itelligēda dicim⁹. Dicēs eñ eo ꝙ de⁹ eſt ſubſtātia ē. ſed ꝙ pr̄ ē. ſubſtātia nō ē. hoc itelligi voluit qꝛ eēntia de⁹ ē. et deitate ſubſtātia ē. Eo eī ſubſtātia ē quo de⁹ ē. ⁊ ecōuerſo. cui⁹ ea ē deitas. q̄ ē ſubſtātia. ⁊ ſubſtātia q̄ deitas. ſʒ ꝙ pr̄ ē ñ ē ſubſtātia. i. nō q̄ pr̄ ē eo ſubſtātia ē. qꝛ ꝓprietate gñatiōis pr̄ ē. qua ſubſtātia nō ē. Ipam tñ ꝓprietatē ſubſtātiā eē nō negauit. Ita ēt illud intelligendū ē qd̄ ait. Cū pr̄ ē nō illud ē qd̄ eſt. id ē nō illo pater eſt qd̄ vel quo ipſe eſt. id eſt eſſentia ſed notione.

Reſpōdet alie autoꝛitati Aug. q̄ ſumpta eſt ex. vi. de tri. qua nitunt̄ ꝓbare ꝓprietates perſonarum non eſſe dei ſubſtantiam. k

¶ Itē illis v̄bis Aug. vehemēter inſiſtūt ſuperi⁹ poſit⁹. ſ. ꝙ v̄bū ſm ꝙ ſapia ē. ⁊ eēntia. hoc eſt ꝙ pr̄ ſm ꝙ verbū nō h̄ eſt qd̄ pr̄. Si inquiūt verbum nō eſt hoc qd̄ pr̄ ſm hoc ꝙ eſt verbū. id ergo quo v̄bū ē nō ē illud qd̄ pater ē. Propꝛietas ergo quo verbū eſt. nō ē id qd̄ pater eſt. nō eſt igit̄ diuina eſſentia. Ad quod dicimus. qꝛ licet ſm ꝙ verbū nō ſit hoc qd̄ pr̄ eſt. ea tñ ꝓprietas q̄ v̄bū ē. eſt id qd̄ pr̄. i. diuina eſſentia. ſed non eſt ipoſtaſis patris.

tas nõ eſt niſi in eo cuius eſt ꝓprietas: Si ꝑ ſe: ergo ꝓprietas eſt ſubſtantia. aut ergo creata aut increata. aut media. Sȝ nõ creata nec media iſtud ꝯſtat ergo reſtat ꝙ increata. ergo ſunt
7 perſone. ¶ Rñ. Dicendum ꝙ de comparatione ꝓprietatis ad perſonam triplex fuit opinio. Prima poſitio fuit. ꝙ ꝓprietates nõ ſunt ꝑſone: nec in ꝑſonis: ſed aſſiſtunt ꝑſonis: ſicut relationes. Et ratio que mouit iſtos fuit ꝑſonaꝝ pluralitas ⁊ diuina ſimplicitas. Qꝛ cũ ꝑſone plures ſunt plures hñt ꝓprietates: que vere differẽtes ſunt: ⁊ qꝛ differẽtes ſunt: ſi eſſent in ꝑſona. auferrẽt ei ſimplicitatẽ. que cũ nõ poſſit auferri a diuinis poſuerũt ꝓprietates eſſe aſſiſtentes ꝑſonis. nõ eſſe ꝑſonas. ⁊ huic videtur cõſonare natura relationis. que nõ videt̃ eſſe in ſubſtãtia. nec ꝓ̃dicare aliq̃d in ſubiecto: ſȝ dicere reſpectũ ad aliud. Et hec poſitio ⁊ ſi rationabilis aliquo modo fuit. tñ ſtare nõ poteſt: qꝛ ponebat relationes in diuinis: nec deũ eẽ. nec creaturã. vnde etiã in ꝑncipio ſui modicũ ꝯtinet errorẽ. tamẽ ducebat ad magnũ. ⁊ ideo retractata fuit in concilio remẽſi. ⁊ magr̃ gilbertus porretanus ore ꝓprio retractauit. Ideo fuit ſecũda opinio multũ differens ab iſta. viꝫ ꝙ ꝓprietates oĩo ſint ꝑſone. nec differant niſi ſolũmodo in modo loquendi: ⁊ tñ ſunt tres ꝓprietates ſicut ſunt tres ꝑſone. Et iſta poſitio fundata eſt ſimilr̃ ſuꝑ diuinã ſimplicitatem. Quia cũ ꝑſone ſunt ſimpliciſſime. ſeipſis diſtinguunt̃. ⁊ ipſe ſunt ſue ꝓ̃ꝓ̃etates. nec hñt alias differẽtes re: ſȝ ſolo modo loquendi. Et iſta poſitio fuit magr̃i ꝓ̃poſitiui: ⁊ magis eſt ꝓbabilis ꝙ̃ ꝓ̃cedens. Attamen ipſa improbata eſt ſupra. diſ. xxvj. qꝛ vna ꝑſona plures hȝ relationes que ſunt vere relationes. ⁊ plures ꝑſone hñt vnam ꝓprietatem. ⁊ vna ꝑſona alio ⁊ alio modo ſe hȝ ad filium ⁊ ad ſpiritũſanctuȝ ⁊ ẜm rem. Ex quo neceſſario ſequit̃. ꝙ realiter aliquo modo differt ꝓprietas a ꝑſona. ⁊ non ſolũ in modo loquẽdi. ſicut dicebat magr̃ ꝓ̃poſitiuus. Et ꝓpter hoc intelligendũ ꝙ vtraqȝ ꝓ̃dictaꝝ poſitionũ aliquid veri dicit. ⁊ in aliquo deficit. Nam ꝑ̃ma que dicebat ꝙ ꝓprietates aliquo mõ differãt a ꝑſonis. verũ dixit. ſȝ in hoc male ꝙ dixit ſimplr̃ differre. Sequens que dixit. ꝙ ꝓprietates ſint ꝑſone. verũ dixit. ſȝ in hoc exceſſit ꝙ dixit. ꝙ nullo modo differãt a ꝑſonis. Ideo ex his duabus poſitionibus cõflatur vna ⁊ cõis poſitio. quã tenent modo magr̃i cõiter ꝙ ꝓprietates ſunt ꝑſone ⁊ in ꝑſonis. tamẽ aliquo modo differunt a ꝑſonis. Et ꝙ iſta poſitio ſit ꝯueniẽs pȝ ſi quis inſpiciat naturam ꝓprietatũ. Dictum enĩ eſt ſupra cum querebatur quid eſſet ꝓprietas in diuinis ꝙ erat relatio dictum eſt etiã ꝙ relatio rõne comparationis quam hȝ ad ſubiectum tranſit in ſubſtantiã in diuinis. ⁊ ideo de ſubiecto ſuo oĩo vere ꝑdicatur. vt pater eſt paternitas. Ratione vͦ cõparationis quam habȝ ad obiectum. manet veriſſime in diuinis. ⁊ habȝ quodãmodo differentiã a ꝑſona. Nec facit ẜm hoc cõpoſitionẽ: ſed diſtinctioneȝ reſpectu cuꝰ eſt. Compoſitio enĩ attendit̃ per cõparationem ꝓprietatis ad ſubiectũ. diſtinctio reſpectu obiecti. Et ex hoc pȝ ꝙ ꝓprietas eſt ꝑſona et in ꝑſona. qꝛ idem eſt ꝑ eſſentiã ſiue modum eſſendi. differt tamẽ quãtum ad modũ ſe habẽdi. Concedẽde igit̃ ſunt rõnes. ꝙ ꝓprietates ſunt ꝑſone ⁊ in ꝑſonis. vt patȝ ex dictis. Reſpon. ad primũ argumentũ. Quia enĩ aliquãtulam habẽt differentiam ꝓprietas ⁊ ꝑſona penes modũ ſe habẽdi. ideo ꝓprietas vere determinat ⁊ diſtinguit. hoc tñ non tollit ꝓ̃dicationem. qꝛ mo
8 dus ille nõ addit aliã eſſentiã. ¶ Ad illud quod obijcit̃ ſecundo de abſtractione. Dicendũ ꝙ non eſt abſtractio ẜm rem. ſed ſolũ ẜm modũ intelligẽdi ⁊ loquẽdi. qꝛ abſtractio reſpicit ſubiectum in quo. ⁊ ẜm illũ reſpectũ trãſit: qꝛ tñ manet in comparatione ad terminũ. hinc eſt ꝙ relatio non tñ modo loquendi
9 differt. nec tñ opȝ ꝙ ſit vera abſtractio. ¶ Ad illud qͦ obijcitur ſcđo. ꝙ abſolutũ non dicitur de reſpectiuo. Dicendũ ꝙ verum eſt in creatura: qꝛ reſpectus ipſe verus. aut eſt aliꝰ ꝑ eſſentiam. aut in cõparatione ad aliud ꝑ eſſentiã. vt materia ⁊ forma. quoꝝ neutrũ eſt in diuinis. vñ reſpectꝰ in creaturis ponit dependentiã. ⁊ iõ priuat ſummã ſimplicitatẽ. ⁊ iõ non ꝓ̃dicat̃ in creatura. Qȝ enĩ ſimpliciſſimũ eſt independẽs oĩo. In di
10 uinis aũt relationes dicũt reſpectũ ſine dependẽtia. ⁊ iõ non ꝑuat ſummã ſimplicitatẽ. ⁊ iõ dñr de ipoſtaſi. ¶ Ad illud qͦ obꝫ. ꝙ oẽs relationes ſunt aſſiſtẽtes. Dõm ꝙ eſſe in relatione dñr a Boetio. nõ qꝛ nõ ſint in re. ſȝ qꝛ cũ ſint in re. nõ ſint in ea abſolute. ſȝ in cõparatione ad alterũ. quo quidẽ mutato ⁊ corrupto. ꝯtingit relationẽ pariter corrũpi ⁊ deſinere. ꝑꝑ hoc ꝙ nõ eſt in ſubiecto abſolute. ſed ad alterũ nihilominus tñ ẽ in ſubiecto. Ex hoc pȝ rñſio ad illud quod obijcit. Nam illud nõ hȝ veritatẽ niſi in ente abſoluto. nõ reſpectiuo. Et trahitur ex ratione ⁊ vͦbis Boetij. Ex ratione. qꝛ qñ dico hoc eſſe ordinatum ad aliquid. non nihil dico de illo de quo dicitur. ⁊ quãdo de aliquo quod non hȝ ordinem ſit habens ordinẽ: qꝛ nõ erat illud ad quod ordinaretur: ⁊ ideo ordo erat in potẽtia in hoc. non ratione ſui. ſȝ ratione ad hoc quod eſt. ꝙ̃tũ vͦ ex parte ſui erat in actu. ⁊ ideo nulla mutatione facta in ipſo: ſed in obiecto introducitur ineſſe ⁊ deſinit. ⁊ hoc pȝ ex verbis Boetij qꝛ Boetius nõ negat ſimplr̃. ꝙ relatio nõ in eo quod eſt eſſe conſiſtit. ſed non totalr̃ conceſſit. vnde dicit nõ põt ꝓ̃dicatio relatiua quicꝙ̃ rei de qua dicit̃ per ſe addere. vel minuere vel mutare. quia non tota in eo ꝙ eſt eſſe cõſiſtit. ex hoc innuit ꝙ aliquo modo conſiſtit. ⁊ ideo nec in creaturis. nec in deo verum eſt dicere ꝙ relatio nõ ſit in aliquo: ſȝ verum eſt dicere. ꝙ non tota eſt in aliquo abſolute.

## Queſtio. ij.

Scđo querit̃ de comparatione ꝓprietatis ad eſſentiã. Et querit̃ vtrum ꝓ B
prietas ſit eſſentia. Et ꝙ ſic. videt̃: qꝛ eccleſia cantat. In ꝑſonis adoretur ꝓprietas: ſed nihil eſt adorandũ latria niſi diuina eſſentia. ergo ⁊c. vnde Ber. Illam ꝓprietatẽ que deus nõ eſt nõ mihi adorabilẽ credo. ¶ Itẽ eſſentia eſt in ꝑſona ⁊ proprietas. aut ergo ſunt ibi ꝑ differentiã: aut ꝑ indifferentiam. Si ꝑ differentiã: ergo ꝑſona eſt compoſita. quod eſt inconueniens. Si ꝑ indifferentiam oĩmodam. ergo ꝓprietas eſt eſſentia. ⁊ eſſentia eſt ꝓprietas. ¶ Item proprietas aut eſt aliquid aut nihil. Si nihil. ergo aut perſona non diſtinguitur. aut diſtinctio perſone nihil eſt. Si aliquid eſt ſȝ omne quod eſt aliq̃d eſt eſſentia vel creata. vel increata: ſȝ ꝓprietas nõ eſt eſſentia creata hoc manifeſtũ eſt. ergo increata. ¶ Itẽ oĩe qͦ eſt aut eſt deus. aut melius deo. aut minꝰ bonũ. aut maius ꝓprietas ergo. aut eſt deus aut melius. aut maius aut minꝰ. Sȝ maius nõ põt eẽ: qꝛ deus eſt quo maius excogitari non põt. Minus nõ poteſt eſſe: qꝛ tunc pater eſſet minor ꝙ̃ ſit ipſe. ergo deꝰ eſt. ¶ Contra. Augu. dicit ⁊ habet̃ ſupra diſt. xviij. Non eo ẽ deꝰ quo pater: ſȝ deitate eſt deus ꝑ̃nitate eſt pater: ergo deitas non ẽ paternitas. immo aliud ⁊ aliud. ¶ Itẽ hoc videt̃ rõne. Hec eſt conceptio anime ꝑ ſe vera. qͦ non eſt idẽ principiũ diſtinguẽdi ⁊ vniẽdi formalr̃ loquẽdo: ſed eſſentia eſt ratio vniẽdi. ergo eſſentia ⁊ ꝓprietas nõ ſunt idẽ. ¶ Itẽ nulla ꝓprietas ꝓprie ꝓ̃dicat̃ de aliqua eſſentia ſiue ſubſtãtia niſi ſit in illa. ergo ſi ꝓprietates dicunt̃ de diuina eſſentia. ergo ſunt in illa. ſȝ proprietas ponit rem ſuam circa ſubiectum in quo eſt. ergo cũ rei ꝓprietas ſit reſpectus. ⁊ ad reſpectum ſequat̃ diſtinctio. ꝺ neceſſitate proprietates ponunt diſtinctionẽ circa diuinã eẽntiam. ſi ſunt in illa: ſed hoc eſt incõueniens. ergo ⁊c. ¶ Item ſi eſſentia eſt ꝓprietas: aut ergo ꝑ ſe aut per accidẽs. Si ꝑ ſe. ergo cuicũqȝ ineſt eẽntia ⁊ paternitas: ſed hoc eſt falſum ergo ſi eſt vera: eſt vͣ ꝑ accñs. ꝗ cũ in diuinis nõ ſit ponere accñs nec ꝑ accñs. pȝ ⁊c. ¶ Itẽ ſi ꝓprietas eſt diuina eẽntia. cũ diuina eſſentia vl̃ ſubſtantia ſit creatrix ⁊ creet. ergo ꝓprietas creat qͦ non cõcedit̃. Queritur ergo. quare cõcedit̃ ꝙ ꝑ̃nitas ſit eſſentia. ⁊ ꝙ etiã ſit adorãda nõ tñ ꝙ ſit creatrix vel ſapiens.
¶ R ñ. Sicut magiſter tangit in lr̃a aliquoꝝ poſitio fuit ⁊ im 11
ponitur pictauẽſi. ꝙ ꝓprietas nec ſit eſſentia: nec in eẽntia: ſȝ ſolum aſſiſtens. Sȝ iſta poſitio manifeſte improbata eſt. quia neceſſe eſt ꝙ ſit diuina eẽntia ſi eſt aliquid. Propter hoc ad intelligẽtiam obiectoꝝ intelligẽdum ſicut prenotatum eſt ꝙ relatio ratione comparationis ad obiectũ tranſit in ſubſtantiã. ⁊ ideo ꝓprietas eſt diuina ſubſtantia. Ratione vͦ comparationis ad terminum ſiue obiectum remanet. ⁊ quãtum ad hoc eſt diſtincta. ⁊ differt ab eẽntia. nõ qꝛ dicat aliã eẽntiã. ſȝ aliũ modũ ſe hñdi. qui ꝑ cõparationẽ ad eſſentiã vl̃ ꝑſonã dicit modum nihil addẽs. In cõparatione vͦ ad correlatiuũ vͤ dicit rẽ ⁊ diſtinctionẽ. ⁊ iõ nõ ẽ vanitas in rõne intelligẽdi. nec ꝯpoſitio in re: ſȝ vͣ diſtinctio. Et qm̃ iſte reſpectꝰ nõ dicit aliud ꝙ̃ eſſentiã ipſi cõparatus. ſilr̃ nec aliud ꝙ̃ ꝑſonã. ideo vere ẽ eẽntia ⁊ ꝑſona: ſȝ qꝛ vltimꝰ reſpectus ille nõ eſt eſſentia ad aliud: ſed ꝑſone ad perſonã: ideo reſpectus ⁊ relationes proprie loquendo ſunt in ꝑſonis. nõ in eſſentia: qꝛ perſone ẜm eos referuntur ⁊ diſtinguunt̃. in eſſentia autẽ non qꝛ nec refert̃ nec diſtinguitur. Sunt tamẽ in eſſentia diuina loquẽdo cõmuniter

⁊ improprie

et improprie. vt dicaẜ in diuina eſſentia. omne qđ eſt diuina eēn
12 tia. vel omne qđ eſt in eſſentia vel pſona. ❡ Ad illud ergo quod
obijcitur. ꝙ alio eſt deus. alio eſt pater. Dicēdum ꝙ ablatiuꝰ
dicit rationem dicendi vel denominādi. vnde ⁊ alietas ꝑ abla
tiuum ſignificata. attendiẜ ſolū quātum ad modū. non q̄tum
13 ad eſſentiam. vt patꝫ. ❡ Ad illud ſimilr̄ quod obijcitur ꝙ non
idem eſt principiū diſtinguendi ⁊ vniendi. patet. Reſpon. qꝛ
proprietas diſtinguendi in eo ꝙ differens nō eſſentia. ſed mo
do. qui modus nō dicit compoſitionē. qꝛ tranſit in ſubſtantiā.
nec dicit ſolum intellectū: qꝛ res eſt. ⁊ manet reſpectu obiecti.
14 ❡ Ad illud qđ obijcitur. ꝙ nō predicatur de ſubſtantia. Dicē
dum ꝙ nō predicatur de ſubſtātia vt de ſubiecto. nec ꝑ inhe-
rentiam: ſed ſolum de pſona ſic predicatur. Unde de eſſentia
predicatur: qꝛ eſſentia ⁊ ꝓprietas ſunt vnū in perſona. nō quia
15 vnū ſit in alio. ❡ Ad illud qđ obijciẜ. vtruꝫ predicaẜ ꝑ ſe aut
per accn̄s. dōm ꝙ nō ꝑ ſe. qꝛ ꝑ perſonā. Nō ꝑ accn̄s: qꝛ pſona
16 nō eſt aliud ab eſſentia. Om̄ igitur ſicut res diuine ſuperexce
dunt res inferiores: ſic ⁊ p̄dicatio predicationem. ❡ Ad illud
qđ vltimo obijcitur. ꝙ ſi eſſentia creat. ⁊ ꝓprietas. Dicendum
eſt ad hoc q̄uis ꝓprietas ſit eſſentia tn̄ eſſentia nō ſupponit ꝓ
prietatem. nec ecōuerſo. Unde nō ſequiẜ ꝙ illud quod conue-
nit eſſentie. conuenit pſone vel ecōuerſo. aliqua tn̄ conueniūt
17 eſſentie ⁊ ꝓprietati. aliqua nō. Unde notādum ꝙ quedam di-
cuntur de diuina eſſentia in ſe. vtputa illa que dicunẜ in oppo
ſitione ad creaturā. vt immēſa. increata. ⁊ hmōi. ⁊ hec dicunẜ
de ꝓprietatibus. Aliqua dicunẜ de diuina eſſentia. vt in pſo-
nis. vt eſſe cōicabile. ⁊ eſſe in tribus vnā. talia cōueniunt eſſen
tie vt hꝫ rationem forme. ⁊ in hoc differt ratio eſſentie ⁊ ꝓprie
tatis. ⁊ talia non dicuntur de proprietatibus. Ruſſus aliqua
dicūtur de eſſentia vt eſſe principiū operationū. eſſe potentē.
ſapientē. volentē. ⁊ creare. ⁊ talia nō dicūtur de ꝓprietatibus
Unde notādum ꝙ adiectiua eſſentialia que eſſentiā in ſe reſpi
ciunt. vt eſſe diuerſum a creatura. dicuntur de ꝓprietatibus.
que aūt de ipſa formalr̄ ſiue vt eſt forma. vel vt eſt principium
non dicūtur. ⁊ ſic patent omnia queſita.

E **Queſtio. iij.** De cōparatione vniꝰ notiōis ad aliā
. Et queriẜ vtrū vna notio ſiue ꝓprie-
tas vnius pſone predice ẜ de alia. Et ꝙ ſic. videtur ſillogiſmo
expoſitorio. De neceſſitate eñ ſequiẜ. vt dicitur in arte prioꝝ
Hoc a eſt b. hoc a eſt c. eodem demonſtrato. ergo c eſt b. ⁊ fun-
datur iſte ſillogiſmus ſuꝑ illud principiū per ſe notū queciīꝗ
vni ⁊ eidē ſunt eadē: inter ſe ſunt eadem. Fiat ergo talis ſillo
giſmus. Pater eſt paternitas. pr̄ eſt innaſcibilitas. ergo pr̄ni
tas eſt innaſcibilitas. ❡ Si tu dicas. ꝙ accidēs peccat cōtra
queritur. vtrum predeſtinatio ⁊ reprobatio cadant ſub meri-
to ꝙ ſimpliť loquendo quātum ad principale ſignificatū. neu
tra cadit ſub merito. quātum vº ad cōnotatum reprobatio ca
dit ſub merito ſimpliciter. predeſtinatio vero ſcḋm quid. ¶ Cō
9 cedende ſunt ergo rōnes ꝓbantes ꝙ p̄deſtinatio nō cadit ſub
merito. ſiliť ꝙ nec reprobatio. ¶ Ad illud qḋ primo obijciť de
10 glo. ꝙ eſau per iuſticiam reprobatus eſt. dicēdum ꝙ ibi acci-
pitur reprobatio pro cōnotato quod eſt obduratio. ¶ Ad illḋ
quod obijcitur ꝙ odiū eternum cadit ſub merito. dicēdum ꝙ
odiū eternū duo dicit. ⁊ principale ſignificatū ⁊ cōnotatū. qꝛ
neminē odit deus quātum ad affectū. ſꝫ ſolū q̄tum ad effectū
⁊ primū nō eſt ex meritis. ſꝫ ſcḋm. qḋ pꝫ ſi reſoluať. qꝛ odiū eſt
ꝓpoſitum puniēdi. ꝓpoſitū aūt nullus meretur ſed penam.
11 ¶ Ad illud quod obijcitur ꝙ neminē reprobat volūtate conſe
quente. dicendū ꝙ volūtas cōſequens nō dr̄. qꝛ ꝯſequatur me
rita noſtra rōne volūtatis: ſed ſolū rōne voliti. vult enī aliqḋ
deus quod nos meruimus. ⁊ iō qꝛ volitum eſt cōnotatum. pꝫ
12 ⁊c. ¶ Ad illud qḋ obijciť de p̄deſtinatione ꝙ iuuatur oratio-
nibus ſanctoꝝ. dicēdum ꝙ illud intelligiť rōne ꝯnotati quod
eſt gratia quā ſancti viri poſſunt alijs ſuis orationibus impe-
trare. nō tn̄ ſequitur ꝙ homo poſſit impetrare ſibi. qꝛ ad hoc
ꝙ impetret. neceſſe eſt ꝙ ſit dignus mereri. ⁊ hoc nō eſt niſi ꝑ
13 gratiā. ¶ Ad illud quod obijcitur. ꝙ idē eſt eſſe predeſtinatū.
⁊ in gratia finaliť perſeuerare. dicēdum ꝙ nō eſt idem. ſꝫ ꝯuer
tibile: ſꝫ illud nō ſequiť. ꝙ ſi aliquis poſſit mereri vnū cōuerti
14 bilium ꝙ poſſit ⁊ reliquū. ſicut nō ſequitur. ſi aliqḋ eſt cā vnꝰ
cōuertibilium ꝙ ſit cā alterius. illud manifeſtū eſt. ¶ Ad illḋ
quod obijcitur qḋ pōt in maius. pōt in minus. dicēdum ꝙ ve
rum eſt ſi equaliter ordinatur ad vtrūq. Nam ſi hꝫ ordinatio
nem ad maius. ⁊ nō hꝫ ordinationē ad minus. q̄uis poſſit in
maius. nō tn̄ ſequiť ꝙ in minus. ſiliť in ꝓpoſito. gratia enī or-
dinatur ad merēdum deū vt glorificantē nō vt p̄deſtinantem
ſimiliť ad gloriam nō ad primā gratiam.

B **Queſtio. ij.** Utrū p̄deſtinatio ⁊ reprobatio habeāt
in deo rōnem motiuā. Et ꝙ ſic videť
per canonē Geñ. xviij. dixit dñs. Num celare potero abraam
qḋ geſturus ſum cū futurus ſit in gentē magnā. ⁊ p̄cepturus
domui ſue vt cuſtodiat pactū meū. dñs ergo voluit reuelare
ipſi abrahe ꝓpter ꝯſiderationē bonoꝝ futuroꝝ. ergo cū illa ab
eterno ꝓuideat. pari rōne p̄deſtinat ex p̄ſcientia bonoꝝ futu-
rorum. ¶ Item Amb. ſup epl'aꝫ ad Ro. ix. Dabo gratiā ei quē
ſciuero toto corde ad me poſt errorē reuerſurū. loquiť in pſo-
na dñi. ergo rō quare dñs ꝓponit dare gratiā ē: qꝛ aliqḋ futu
rum ꝓuidit in hoīe. ¶ Itē rōne oñdiť: qꝛ oīs voluntas eo ipſo
ꝙ volūtas eſt rōnalis. ergo ſi hoc ꝑfectionis eſt in volūtate ꝙ
ſit ex rōne. hoc maxime reperiť in volūtate diuina. ergo cū p̄de
ſtinatio dicat diuinū ꝓpoſitū. erit ex rōne. ¶ Itē oīs ſapiēter
eligens eligit illos in famulos in q̄bus videt meliores mores
p̄teritos. ⁊ ſiliť quos nouit fideliores fuiſſe. ⁊ ſi poſſet futura
cognoſcere multo fortiꝰ eligeret ⁊ reſpueret ꝓp p̄uiſionē bono
rum futuroꝝ ⁊ maloꝝ q̄ p̄teritoꝝ. ſi ḡ deꝰ eſt ſapientiſſime eli-
gens. ḡ rōnem eligēdi ſiue reprobādi accipit a p̄uiſione ſiue a
p̄ſcia. ¶ Itē nullus ſapientū eligēs p̄eligit oīno indiſtantia
ſeu indifferētia. maxime ſi poſſit accipe oīa eque ꝯgrue. ſꝫ deꝰ
p̄fert vnū alteri in electiōe. ḡ ⁊c. ¶ Itē ſi diuinū ꝓpoſitū ſi-
ue p̄deſtinatio ſolū hēret rōnem volūtatē dei ⁊ nō aliā. tunc ḡ
vr̄ ꝑcitas in diuina volūtate. ſi enī vellet oēs ſaluare oēs ſal-
uarenť. ⁊ nō eſt alia rō niſi qꝛ nō vult. ergo volūtas eiꝰ nō eſt
liberaliſſima nec optima. ¶ Itē ſi nō eēt alia rō q̄ volūtas. ḡ
cū deꝰ reprobādo ꝓponit dānare. ſi ſine oī rōne ſola volūtate
vellet dānare aliquē. ergo vr̄ crudeliſſimꝰ eo ꝙ feciſſet hoīes
ad ſuppliciū. ¶ Itē ſi ſola volūtate p̄deſtinat ⁊ reprobat non
p̄cognita rōne. vr̄ ḡ ſcḋm h' ꝙ ſit acceptor pſonaꝝ. qḋ eſt ꝯ illud
qḋ dr̄ Act. x. In veritate cōperi ꝙ nō eſt acceptor pſonaꝝ deus.
¶ Sꝫ ꝯ. Exo. xxxiij. Miſerebor cui miſerebor ⁊ clemēs ero ſup
quē placuerit mihi. ergo rō p̄ma ⁊ potiſſima diuine mīe ⁊ p̄de
ſtinationis eſt dei bn̄placitum ⁊ voluntas. ¶ Itē Mat. xj. di
cit filius. Reuelaſti ea paruulis. ⁊ abſcōdiſti hec a ſapiētibꝰ.
ita pater qm̄ ſic placitū fuit ante te. ḡ ſi filiꝰ reddit optimā rō
nem. ſolū diuinū bn̄placitū eſt rō. ¶ Item apl's. Rom. ix. ſup
hac q̄ſtione dicit. Nunqd nō hꝫ figulus poteſtatē de eadē maſ
ſa facere alia quidē vaſa in honorē alia in contumeliā. Si enī
q̄rereť ab artifice quare de vna pte maſſe facit vaſa pulchra. ⁊
ex alia vilia. cum eque ſit bona tota maſſa nō eſt alia rō niſi qꝛ
placet. ita enī bn̄ faceret ſi faceret ecōuerſo. ḡ ⁊c. ¶ Itē Aug.
de p̄deſtinatione ſanct. Nō qꝛ tales nos futuros ſciuit. iō ele-
git: ſꝫ vt tales eſſemus. ¶ Item rōne videť qꝛ volūtas dei eſt
cā cauſaꝝ. ergo ibi eſt ſtatus: ſed vbi eſt ſtatus nō eſt vltra q̄-
rere rōnem. ergo ⁊c. ¶ Qḋ ſit ibi ſtatus pꝫ ꝙ etiā ſtatus nō
patiatur querere rōneꝫ videť qꝛ quotiēs cām vel rōnē q̄rimꝰ:
q̄rimꝰ cā vt diſtantē. ſi enī oīno eſſent idē cā ⁊ cuius eſt rō. ſta
tim illo viſo videreť cā ⁊ nō quereret: ſed nō eſt ſtatus niſi in
ſumme ſimplici. ⁊ ita nulla diſtātia. ergo nec rō nec queſtio.
¶ Itē ſi deus p̄deſtinat iſtum ꝓp p̄uiſionē. aut ergo bonoꝝ
aut maloꝝ. aut indifferētium. Nō ꝓp p̄uiſionē indifferentium
⁊ maloꝝ: ergo ꝓp p̄uiſionē bonoꝝ: ſed bona nulla futura ſunt
in iſto niſi que deus ſua voluntate facturus eſt. ergo p̄uiſio ē
ꝓpter voluntatē. ⁊ non ecōuerſo. ¶ Item ſi quis quereret cuꝫ
potuerit deus ꝓducere vnū alium mūdum ſimilē huic. quare
magis iſtum ꝙ illū. nulla eſſet q̄ſtio: qꝛ hoc ſolū fuit. qꝛ voluit
ergo pari rōne nulla eſt cā quare p̄deſtinat ⁊ reprobat niſi qꝛ
vult. ¶ Rñ. dcḋm ꝙ cum queriť. vtrū eternū dei ꝓpoſituꝫ ſiue 15
electio vel reprobatio in deo motiuā rōnem habeat. hoc nō in
telligiť q̄tū ad voluntatē diuinā vel eiꝰ actū. q̄ deus eſt. ſꝫ q̄-
tum ad ordinationē voliti ad eiꝰ volūtatē. Et ſi querať rō cā-
lis vel meritoria. rñdeť ꝙ dari nō poſſit. Si aūt querať rō cō
gruitatis ⁊ decētie. Rñdent quidā ꝙ ipa dei volūtas ſibijpſi
eſt rō. nec eſt alia rō quare iſtū elegit. niſi qꝛ placet. ⁊ hec ē ſuf
ficiēs ꝑ oēm modū. qꝛ eſt cā cāꝝ. ⁊ ratio rōnum. ⁊ eo ipſo ꝙ pla
cet. iō rectum eſt ꝓpter ſummā ipſiꝰ volūtatis rectitudinem:
qꝛ nō tm̄ eſt recta. ſꝫ etiā regula. Sꝫ cauēdum eſt ne dū volun
tatem dei magnificare volumus. potiꝰ voluntati eius deroge
mus. Si enī nō eēt alia rō quare deꝰ iſtū elegit. ⁊ illū nō. niſi
qꝛ placet. certe iā nō occulta dicerenť diuia iudicia. ſꝫ manife
ſta. cuꝫ q̄libet hāc rōnē capiat. nec dicerenť mirabilia. ſꝫ potiꝰ
volūtaria. Et ꝓp hoc eſt dcḋm ꝙ ꝓpoſitū illud eternū ſicut di-
cit aug. ⁊ hr̄ in lr̄a ⁊ voluntas illa eſt rōnabiliſſima ⁊ rōnē hꝫ. ⁊
ſicut ab eterno fuit. ab eterno rōnē habuit. nō aliā ꝓp eſſentiā
ſed ꝑ cōnotatū. Quid aūt ſit illud in electōe hoīm vl' reproba
tione nobis nō eſt oīno notū. nec oīno ignotū. Propter h' notā 16
dum ꝙ q̄dā ſunt opa q̄ exeūt a volūtate diuina cū alio ad h' or-
dinato ordine neceſſitatis ſiue neceſſitatē ſumamꝰ in cauſan-
do ſiue i merēdo vl' diſponēdo. vt pluere ⁊ remunerare ſiue dā
nare ⁊ ſaluare. ⁊ reſpectu taliū diuina volūtas hꝫ rōnem in ge
nerali ⁊ ſpeciali. Uñ ſi querať quare deꝰ vult pluere. Rñdetur
ꝓpter noſtrā vtilitatē. Siliť hꝫ rōnem in ſpeciali. vt ſi querať.
quare vult deus pluere in hyeme nō in eſtate. tūc rñdetur qꝛ
vapores aquoſi magis in hyeme abundāt q̄ in eſtate. Simili
ter ſi querať. quare magis voluit ſaluare petrū q̄ iudā. Rñde
tur ꝙ iſte habuit bona merita. ille vº mala. Quedam aūt ſunt
opa q̄ ſunt a diuina volūtate cū alio ad hoc ordinato ordine
ꝯgruitatis. ſicut ē nr̄a gratificatio vel iuſtificatio. q̄ eſt a diui
na volūtate cū opatione ⁊ p̄paratione li. ar. ⁊ hoc qꝛ q̄ creauit
te ſine te: nō iuſtificabit te ſine te. Et h' dictum eſt ſcḋm ꝯgruen
tiam. Adiutores enī dei ſumꝰ. Attñ deus ſine p̄paratione ⁊ co
operatione iuſtificat. vt pꝫ de ſanctificatis in vtero. ⁊ vt dicūt
de paulo. ⁊ reſpectu taliū operum hꝫ rōnem voluntatis in ge

nerali.⁊ hꝫ in ſpeciali.ſed in gñali certam.in ſpeciali occultā
Si eñ queritur quare deus vult iuſtificare.Reſpon.ad miſe
ricordie ſue oſtēſionem.Et ſi querit.quare non vult oēs ho
mines iuſtificare volūtate beneplaciti.dicēdum ꝙ hoc eſt ꝑꝑ
iuſticie ſue oſtēſionem.vnde Augu.xxj.de ciui.dei.Si rema
nerent omnes in pena.nō appareret miſericordie gr̄a redimē
tis.Rurſus.ſi oēs trāſferretur de tenebris ad lucē.in nullo
appareret ſeueritas vltionis.in qua ꝓpterea plures ꝗ in illa
ſunt.vt ſic appareret qd oībus debebatur.Si querat in ſpe
ciali.quare magis vult iuſtificare vnū ꝗ alium duobus ſilibꝰ
demōſtratis:q: multe poſſunt eſſe rationes cōgruentie.iō nō
eſt certitudo a parte rei.⁊ iō cū cognitio noſtra pendeat a cer
titudine rei.nullus certā pōt inuenire rationē niſi habeat per
reuelationē illius cui dubia ſunt certa:⁊ q: non fuit nobis ex
pediens ad ſalutē iſta cognitio.ſed vtilior fuit ignorātia pro
pter humilitatē.iō deus noluit reuelare.⁊ apl's nō fuit auſus
inq̄rere:ſed oſtendit defectum noſtre intelligētie cū exclama
uit.xj.ad Roma.O altitudo diuitiarū ſapiētie ⁊ ſciētie dei ꝗ
incōprehenſibilia ſunt iudicia eius ⁊ inueſtigabiles vie eiꝰ ⁊c.
17 ¶ Ad illud ergo quod querit vtrū predeſtinatio habeat rō
nem.Dicēdum ꝙ hꝫ in generali.ſimil'r in ſpeciali.⁊ hec rō no
ta eſt diuine preſcientie.non nobis ratione predicta.¶ Ad il
18 lud quod obijcitur de ſacra ſcriptura ꝙ aſſignat beneplacitū
pro rōne.dicēdum ꝙ ꝗuis aſſignet pro rōne ⁊ aliā non expri
mat.non tñ eſt ideo concludendum ꝙ non ſit alia.q: non ſunt
oīa ſcripta:ſed nobis vtilia.Utile autē fuit ſcire ꝙ diuinū be
neplacitum eſt cauſa ⁊ ratio.vt diſcamus eū timere ⁊ nihil me
ritorū nobis attribuere.¶ Ad illud qđ obijcitur ꝙ nō elegit
q: ꝓuidit tales.dicēdum ꝙ Aug.negat ſm ꝙ hoc quod eſt:q:
dicit cām nō ſm ꝙ dicit rōnem.q: ꝗuis diuina volūtas poſſit
habere rōnem:ex qua dr̄ ꝯgruēter operari.tñ nō cām ſiue rō
nem cauſalē:cum ſit cā cauſarū ⁊ maxime reſpectu voliti:quod
19 quidē eſt ex mera dei liberalitate.vtpote eſt gr̄a iuſtificās im
pium.⁊ per hoc pꝫ ſequens de ſtatu.¶ Ad illud qđ queritur.
ꝓpter quorū preuiſionē.dicēdum ꝙ pōt eſſe ꝓpter ꝓuiſionem
bonorū vt aliquo mō ſunt a libe.arb.ꝓpter quorū tñ preuiſionē
nec ſcio determinate.nec volo querere.nec eſt rō niſi cōgrui
tatis.Unde ⁊ alia pōt eſſe ꝗ hec.¶ Ad illud qđ obijcit de mū
di creatione.dicēdum ꝙ nō eſt ſimile de mūdi creatione.quia
mūdi creatio a diuina volūtate ⁊ bñplacito eſt tanꝗ a tota cā
Et rurſus ꝑ creationē nō ꝓſupponitur aliquid.Rōnes vō ad
oppoſitū ꝓbant ꝙ diuina volūtas rōnabiliter facit ſiue ꝙ ha
bet rōnem ꝯgruitatis ratione voliti.⁊ q: hoc verū eſt.iō con
cedende ſunt.ꝗuis alique earū poſſint habere calūniam.tñ cō
cluſio principalis nō habꝫ calūniā.Nam Aug.dicit hoc in li.
retract.poſt oēs retractatiōes.ꝙ ꝓponit ⁊ elegit ⁊ reprobat
veritate certiſſima ⁊ a noſtris ſenſibus remotiſſima.⁊ q: a ſen
ſibus noſtris eſt remotiſſima iō nullus dꝫ ipſam inquirere.q:
in hac vita nō poſſumus inuenire.⁊ ideo in noſtre intelligētie
inſufficiētiā ſermo de p̄deſtinatione claudēdus eſt vt obſtrua
tur oē os.⁊ ſubditus fiat oīs mūdus deo cuiꝰ iudicia nō ſunt
ſcrutabilia:ſꝫ formidoloſa.ſilētio veneranda.

Conſequenter quātum ad ſecūdum articulum que
ritur de ſecūdo ſcꝫ interminabilitate diuie cogni
tionis.Et circa hoc querūtur duo.Primo q: du
bium hꝫ ꝑ comparationē ad complexa.queritur
vtrum deus cognoſcat res per modū complexio
nis.Secūdo queritur vtrum enūciabilia ſiue que deus ſemel
cognoſcit ſemper cognoſcat.

L **Queſtio.j.** Quod cognoſcat deꝰ per modū complexio
nis oſtendit ſic.Eādem rem quā cogno
ſcit ſenſus cognoſcit intellectꝰ:ſed ſenſus ꝑ modū icōplexio
nis.intellectus vō per modū cōplexionis:ſed intellectꝰ eſt po
tentior in cognoſcendo ꝗ ſenſus.ergo cognoſcere ꝑ modū cō
plexionis eſt maioris potētie ſed oē tale eſt deo attribuēdū
ergo ⁊c.¶ Itē differēter ſignificat res ꝑ vocē incōplexam et
ꝑ cōplexionē.q: ꝑ vocē incōplexam ꝗtum ad eſſe ſimpl'r.ſꝫ ꝑ
orationē quātum ad eſſe tale vel tale:ſꝫ deus nō tñ cognoſcit
res quātum ad eſſe ſimpl'r:ſꝫ etiā ꝗtum ad eſſe tale vel tale:er
go cognoſcit ſm complexionē.¶ Item ordo vnius rei ad alte
ram cui ꝯiungit in re facit cōpoſitionem in cognitione.vel in
ſermone cōplexionē:ſed deꝰ nō tñ intelligit in ſe rē ipſam:ſed
etiā in ordine ad rem aliā cui vnitur.ergo nō ſolū per modum
ſimplicē ſed compoſitionis.¶ Item deus intelligit noſtrum
intelligere ⁊ noſtrū dicere.ſed nos dicimus ⁊ intelligimus rē
per modū complexionis.ergo deus hoc mō intelligit.¶ Sed
ꝯtra Diony.de diui.no.Cognoſcit deꝰ oīa.immaterial'r.mate
rialia.impartite partita.vniformiter multa.imutabil'r muta
bilia.ḡ ſi ꝑtita cognoſcit imꝑtite.ḡ cōpoſita ꝑ modū ſimplicē
ſꝫ modus ſimplicitatis ⁊ complexionis opponunt.ḡ nō cogno
ſcit ꝑ modū cōplexiōis.¶ Itē cū intellectꝰ cognoſcat ꝑ modū
cōplexionis.aut modus ille eſt in re.aut in itellectu.Nō in re
q: cū ſenſus app̄hendat eādem rē app̄henderet eā ꝑ modū cō
plexionis.ergo eſt in intellectu:ſꝫ oīs talis intellectꝰ in quo ē
cōplexio real'r eſt cōplexus ⁊ cōpoſitus:ſꝫ diuinꝰ intellectꝰ nō
eſt hmōi.ergo ⁊c.¶ Itē ſi cognoſcit res per modū cōplexiōis
cū modus diuine cognitionis ſit ei coeternꝰ.ab eterno cogno
uit ꝑ modū cōplexionis.ḡ cōplexio fuit ab eterno.ḡ vere vel
falſe.Si vere.ḡ plura ſunt vera ab eterno.ſi falſe.ḡ plura ſunt
falſa ab eterno.¶ Itē ſi cognoſcit ꝑ modū ꝯplexiōis cū eadē
res mō vere ſignificet ſub rōne futuritiōis.mō ſub rōne p̄teri
tionis.mō rōne p̄ntialitatis.ergo his oībꝰ modis deꝰ cognoſ
ſcit.¶ Sꝫ ꝯ.oīa cognoſcit vt p̄ntia.vij.ij.Pet.vlt.Unus dies
apud deū ſicut mille anni ⁊c.ḡ nō cognoſcit oībus his modis
¶ R n̄.dōm ꝙ cognoſcere res per modū ꝯplexiōis pōt intel
ligi tripl'r.Aut eñ modus ꝯplexionis cadit circa rē.⁊ ſic ē ſen 20
ſus deꝰ cognoſcit res exiſtere vel ſe hēre ꝑ modū cōplexionis ſi
ue cōpoſitionis.⁊ hoc eſt verū cognoſcit eñ res eē ſicut ſunt
Alio mō vt modus cōplexionis cadat circa rē vt eſt expreſſa
per intellectū noſtrū.⁊ tūc eſt ſenſus ꝙ deꝰ cognoſcit res non
tñ vt ſunt:ſꝫ etiā vt intellectꝰ exprimit.cognoſcit eñ res ⁊ vo
ces ſiue intellectus illas ſignificātes.⁊ hoc verum eſt.Tertio
mō pōt intelligi vt modus cōplexionis cadat circa intellectū
diuinū.⁊ hoc mō falſum eſt.hoc eñ ſpectat ad intellectū ꝗ in
telligit multa.⁊ multa ꝗ opꝫ cōplecti.deus aūt multa intelli
git vno.⁊ ita ſimplici mō.nec magis eſt ſimplex intellectꝰ eiꝰ
intelligēdo vnū ꝗ multa.Un̄ intelligere multa ꝑ modū cōple
xionis:nec ē oīno virtutis nec oīno imꝑfectionis.⁊ iō nō po
nitur nec in cognitione infima vt ſenſitiua.nec in cognitione
ſuꝑma vt in diuia.⁊ fortaſſis nō etiā eſt in cognitione ſuꝑma
ipſiꝰ anime ꝗ dr̄ intellectiua put ē in ſuo ſummo.cognoſcit eñ
ꝑ modū ſimplicis aſpectꝰ.Rōnes ꝓbantes ꝙ cognoſcit ꝑ mo
dum ꝯplexionis ꝓcedūt ſm primā ⁊ ſcđam viā.iō verū cōclu
dunt p̄ter primū ad qđ iam ſolutū ē.¶ Ad illud qđ obijcit ꝙ
cōplexio venit ab intellectu.dicēdum ꝙ ꝯplexio dupl'r poteſt 21
cōparari ad intellectū.Aut ſicut ad cām.aut ſicut ad ſubiectū
Si ad ſubiectū in quo.⁊ qđ informat ⁊ denoīat.ſic ꝯparat ad
intellectū humanū a quo eſt ꝯplexio.qui etiā ꝯplectit.Si ad
cām.ſic ꝯparat ad intellectū diuinū.Nā intellectus diuinus
cognoſcit cōplexionē nō circa ſe:ſꝫ circa nr̄m intelligere.qm̄
ꝯplexio nō eſt ab intellectu nr̄o niſi cooperāte diuino in itelli
gendo.¶ Ad illud qđ obijcit ꝙ ſi cognoſcit res ꝑ modū ꝯple
xionis.ꝙ tunc cōplexiones ſunt eterne.dicēdum ꝙ ex ꝑnorꝭ 22
ſcđo ſenſu non ſequitur ꝙ complexiones ſunt eterne.quia nō
eſt complexio circa deum.ſed bene ſequitur ꝙ veritas ſignifi
cata per aliquā complexionem eſt eterna.ſicut veritas huius
mūdum eſſe futurū.tñ propoſitio ⁊ cōplexio eſt ab intellectu
noſtro intelligēte illam veritatē eternam.Unde ſicut vox tem
poralis ſignificat rem eternā.vt hoc nomen deus.nō tamē ſe
quitur ꝙ ſit eterna.ſic multa enūciabilia ſignificant veritatē
eternam nec tamen ſunt eterna.¶ Ad illud qđ obijcitur ꝙ tūc
cognoſcit res ſub rōne futuritionis ⁊ p̄teritionis.dicēdum ſi 23
cut tactum eſt ꝙ modus diuine cognitionis poteſt accipi vel
ſm ſe.vl'a parte cogniti.Si a parte cogniti.ſic dico ꝙ oīno co
gnoſcit rem eſſe.⁊ ita mutabil'r eſſe.⁊ ita compoſito modo eſſe
ſicut eſt.⁊ ita de oībus.⁊ ſic cognoſcit rem p̄teritam eſſe prete
ritam ⁊ futuram eſſe futurā.⁊ nō preteritā eſſe p̄ntem.Poteſt
iterū accipi a parte ſui.⁊ ſic cū cognitio dei ſit oīno ſimplex.
oīno p̄ſens.oīa cognoſcit per modū ſimplicitatis ⁊ ꝑ modum
p̄ntialitatis.Un̄ ꝙ dicit.oīa ſunt p̄ſentia apud deū.hoc dictū
eſt ꝗtū ad cognitionē.i qua nulla cadit ſucceſſio.iō nec nouū
nec vetus.nec p̄teritū.nec futurum.in actu autē cognitionis 24
angelice ⁊ humane cadit ſucceſſio.⁊ ideo preteritū ⁊ futurū.⁊
p̄terea nō ita dicunt oīa p̄ntia aīe cognoſcēti.ſicut deo.⁊ hoc
manifeſtū eſt.q: nūc eternitatis qđ eſt ſemꝑ p̄ſens complecti
tur oīa tēporalia.⁊ ideo patet quomodo ſit intelligendum.

Queſtio.ij.

D **Queſtio. ij.** Utrū enunciabilia ſiue cōplexa q̄ de⁹ ſemel cognoſcit ſemper cognoſcat vel ſciat. Et ꝙ ſic vr̄. q: deus non cognoſcit enunciabile niſi rōne veritatis. ſed veritas enunciabilis q̄ ſemel fuit. ſemꝑ fuit. ⁊ eſt ⁊ erit. ergo enūciabile qđ ſemel cognoſcit ſemꝑ cognoſcit. Pro batio medie. oīs veritas cōplexi fundaꝛ ſupꝛa rē cōplexā. ſed eadē res p̄io ē futura. poſtea pn̄s. deīde p̄terita. ⁊ vna ⁊ eadē ergo vna ⁊ eadē veritas ē in ea ſm oēs hos modos. ſ3 neceſſe eſt ꝙ ſit ſemꝑ ſub aliquo hoꝝ modoꝝ. ergo ⁊c. ¶ Itē hoc ipſum videꝛ alia rōne. q: q̄cunqꝫ ſcit deus ſcit immutabiliter alioq̄n cum ſcire dei ſit ſuum eſſe. ſi mutareꝛ ſuum ſcire ⁊ eſſe. qđ eſt impoſſibile. ſed oē qđ habet immutabilitatē habet ſempiternitatem. q: ſi deſinit mutaꝛ. ergo qđ deus ſemel cognoſcit ſemꝑ cognoſcit. ¶ Itē qđ ſcriptū eſt in illo libro deleri nō pōt. ſ3 deus cognoſcit nō aſpiciēdo extra. ſed legēdo ī libro ſue p̄ſcie. ḡ qđ ſemel cognoſcit ſemꝑ cognoſcit. Preterea p3. q: ſuꝑ illud Exo. xxxij. Aut dele me de libro tuo ⁊c. gl. ſecu̾r⁹ hoc dicit. q: nō delebiꝛ. Et idē dicit ſuꝑ ps. ¶ Itē qđ deſinit vel ꝑdiꝛ aliquo deſinēte de neceſſitate pēdet ex illo. ſ3 diuina cognitio nō dependet ex veritate creāda. ergo ꝗuis enūciabile deſinat eſſe verū de⁹ nō deſinit illud ſcire. ⁊ ſi hoc. ergo qđ ſemel ſcit. ⁊ ſemꝑ. ¶ Sed ꝯtra. ſicut p̄ſcire h3 ſe reſpectu futuri vt futurū eſt. ſic ſcire reſpectu veri. ſi eñ actu ſciꝛ. actu eſt verū. ſed dicit magr̄ deus deſinit p̄ſcire rē. cum res de futuro ſit pn̄s. ergo ſilr̄ deſinit ſcire cum de vero ſit falſum. ¶ Item ſicut diuina acceptio reſpicit bonitatē. ita viſio veritatē. ſed deus deſinit hoīem acceptare cum ꝑdit bonitatem. ergo deſinit rem cognoſcere. ſiue enunciabile cum perdit veritatē. ¶ Itē hoc ip̄m oſtēditur per impoſſibile. q: ſi quodcunqꝫ enunciabile ſciuit mō ſcit. ⁊ ſciuit xp̄m eſſe moriturum. ergo ⁊ mō ſcit. ſed quicquid ſcit eſt verū ergo xp̄m eſſe moriturū eſt verum. qđ eſt ꝯtra fidem. ¶ Item ſic quicquid ſciuit mō ſcit. ſed aliq̄n ſciuit nō eſſe te. cū nō eras ergo ſcit te nō eſſe. ⁊ ſcit te eſſe. q: verū eſt ergo ſcit ſimul duo cōtradictoꝛie oppoſita. ergo due contradictoꝛie oppoſita ſunt ſimul vera. qđ falſum eſt ⁊ impoſſibile. ¶ Reſponſio. dicendū

25 ꝙ ſcire dicitur dupliciter. Uno modo ꝓut reflectitur in ſe. ⁊ ſic ſenſus eſt. iſte ſcit hoc id eſt habet cognitionē de hoc. ⁊ hoc mō dicendū. ꝙ ſcire nihil cōnotat a parte ſciti. actuale. nec veritatem nec p̄ſcientiam. deus eñ de omni enunciatiōe habet perfectam cognitionē. vtrum ſit enunciatio ꝑfecta ⁊ cōgrua. verū vera ⁊ ſic ſimilia. Alio mō ſcire diciꝛ ſm ꝙ eſt verbum ꝓhereticum. ⁊ ſic tranſit in actum extra. ⁊ ſic cōnotat veritatē in obiecto. tunc ergo ſcire enunciabile aliqđ idē eſt qđ ſcire ip̄m eē verum. Ū ſcio te ſedere. hoc eſt dicere. nō tm̄ habeo cognitionē de hoc. ſed etiā cognoſco ip̄m eſſe verū. Primo mō ſcire impoꝛtat diuinum intelligere. Scđo mō intelligere cum aſſenſu. Si ergo ſcire accipiatur pꝛimo mō. ſic dico ꝙ quicquid eſt. ⁊ omne enunciabile. ⁊ omne qđ ſciuit. adhuc ſcit. ⁊ habet cognitionem de illo: q: de omni eo qđ eſt: ⁊ qđ pōt eſſe habet cognitionem. nec ſequiꝛ. ſcit hoc. ergo hoc eſt verū. immo eſt ibi conſequens. Si aūt accipiatur ſcire ſcđo mō prout cōnotat veritatem circa enunciabile. ſic fuerunt quidā qui dixerūt ꝙ deſinit aliquid enunciabile ſcire. q: poſuerunt ꝙ enunciabile qđ eſt verum. pōt eſſe falſum. Alij dixerunt ꝯtrariu3: q: poſuerunt ꝙ enunciabile qđ ſemel verum eſt. ſemꝑ eſt verū. ⁊ ita ſemꝑ ſciꝛ. Et vt melius pateat vidēda eſt eoꝝ poſitio ⁊ ratio poſitionis Fuerunt qui dixerunt ꝙ albus alba album cū ſint tres voces ⁊ tres habeant modos ſignificandi. tñ q: eandem ſignificationem impoꝛtant. ſunt vnū nomen. Per hunc modū dixerunt ꝙ vnitas enunciabilis: accipiēda eſt nō ex parte vocis vel modi ſignificandi. ſed rei ſignificate ſed vna res eſt q̄ pꝛimo eſt futura. deinde pn̄s. tertio p̄terita. ergo enunciare rē hanc pꝛimo eſſe futuram deinde p̄ſentē tertio p̄teritam. nō faciet diuerſitatem enunciabilium. ſed vocum. Ruꝛſus cum idē tp̄s ſit pꝛimo futurum. deinde pꝛeſens. tertio pꝛeteritum tempus. ſc3 quod eſt menſura rei qđ ſignificatur ꝑ oꝛationē. ꝗuis eſſe vel fuiſſe vel foꝛe conſignificēt tria tp̄a. ratione tamē ſignificati non diuerſificant enunciabile. ſ3 variatur ſolum a parte tp̄is ſignificati. vñ ſi dicam ſemel ſoꝛtes currit hodie: ⁊ cras dicā cucurrit cū hoc verbum det intelligere aliud tp̄s. ⁊ ita aliam actionem enunciabile non eſt. quantumcūqꝫ non mutata ſignificatione ⁊ q: retēta eadē ſignificatione. enunciabile ſemꝑ eſt verum: ⁊ non eſt idē. niſi cum eadē ſignificatio retineꝛ. ideo dixerunt ꝙ illud qđ ſemel eſt verū ſemꝑ eſt verū. ⁊ ideo cū deus nihil obliuiſcaꝛ: dicunt ꝙ oē enūciabile qđ deus ſciuit ſcit. Et rñdēt illi rōni oē enūciabile qđ ſciuit ſcit. ſ3 ſciuit te naſciturū: vl' te eē ergo ⁊c. non d3 ſic inferri. ergo ſcit te eſſe: ſ3 ſic. ergo ſcit te fuiſſe. Alr̄ eſt ibi figura dictiōis. q: ꝓcedit ab idētitate ī mō ſigni-

☞ Oſtēdit ꝙ dei potētia eſt oīpotētia. quia eſt reſpectu oīm poſſibilium que poſſibile eſt eſſe. a

Unc de oīpotentia dei agēdu3 eſt. vbi pꝛima cōſideratio occurrit q̄modo vere de⁹ dicatur omnipotens. an q: oīa poſſit. an tantū q: ea poſſit q̄ vult. Qđ enim deus omnia poſſit ꝑlib⁹ autoꝛitatib⁹ cō-

ficādi ad idētitatē rei. ⁊ h̄ mō ſoluit mgr̄. Et iſta fuit opinio noīaliū: q̄ dicti ſūt noīales. q: fundabāt poſitionē ſuā ſuꝑ nois vnitatē. S3 iſta fuit poſitio ꝯ ꝑh3 q̄ dicit ī p̄dicamētis ꝙ eadē oꝛ̄o pꝛio ē vera: poſtea falſa. Fuit etiā ꝯ cōe3 opinionē. Fuit etiā ꝯ veritatem. Rō hui⁹ eſt: q: nec bonum fundamētū h3. nec bonam adaptationē. Pꝛio eñ ſi q̄raꝛ vtꝝ alb⁹ alba albū ſint tria noīa. Rñdēdū eſt aut loqueris grāmatice. aut logice. Si grāmatice. cū grāmatic⁹ ꝯſideret īpoſitionē nois: ⁊ modū p̄ncipalē ſignificādi ſbam cū qualitate. ſic dicet vnū nomē eſſe. Si logice cū logicus ꝯſideret nomē inq̄ꝫtum eſt vox ex p̄miſſa. vñ diffinit nomē. verbū ⁊ oꝛonē ꝑ vocē tāq̄ ꝑ gen⁹. ⁊ multiplicato ſupioꝛi neceſſe eſt multiplicari inferi⁹ ſi ſunt multe voces ſignificatiue ſunt de neceſſitate multa noīa. ⁊ ideo p3 ꝙ male accipiebant nois vnitatē ſm ꝙ ꝯgruit ad ꝓpoſitū. Mala etiā fuit adaptatio: q: enunciabile non ſignificat rē. ſ3 modū ſe hñdi. ⁊ cu3 per verbū pn̄tis p̄teriti ⁊ futuri tp̄is ſignificeꝛ res alio mō ſe hēre p3 de neceſſitate ꝙ aliud enūciabile eſt te eē naſciturū. ⁊ te eē natū. Ruꝛſus deficiebāt in vltio. q: ſicut hō non ſignificat iſtā hoīe3 vel illū. ſic verbū pn̄tis tp̄is nō ſignificat illud vel illud pn̄s. ſed pn̄s in cōi ſiue copulet ſiue ſignificet. ⁊ inde ē ꝙ ſicut hō nō h3 aliā ſignificationē. nec eſt aliud nomē. nec equocū3. ſi mō ſupponat ꝑ petro. mō ꝑ cōrado. ſic nec verbū pn̄tis tp̄is ſiue ꝓnūcieꝛ hodie ſiue cras h3 aliā ſignificationē. ⁊ ideo nō facit aliud enunciabile. Et p̄terea p3 ꝙ quocūqꝫ tp̄e ꝓferaꝛ te eſſe naſciturū. ꝙ idē eſt enunciabile qđ pꝛi⁹ fuit verū mō falſu3 ſm ergo ꝙ ſcire cōnotat veritatē circa enūciabile. ſcit illud qđ ſciuit. ⁊ mō nō ſcit nulla facta mutatione in dei ſcia. ſed ſolū in cōnotato. ¶ Cōcedendū igiꝛ ꝙ in ſcđa acceptōe nō oē qđ ſcit 26 ſemꝑ ſcit. ¶ Ad illud qđ obijciꝛ. ꝙ veritas eſt vna ī pn̄ti p̄terito ⁊ futuro. dicēdū ꝙ ꝗuis ſit reducibilis ad vnā rei veritatē ſicut accidens ad ſubiectū. ⁊ modus eſſendi ad entitatē. tñ cū modus eſſendi habeat ſuam veritatem. ⁊ tres ſunt modi eſſendi. ideo tres ſunt veritates. ¶ Ad illud quod obijcitur de inde- 27 bilitate ⁊ immutabilitate ⁊ independētia. dicēdumꝙ iam ſolutum eſt. q: nulla ſit tranſmutatio in dei cognitione. nec deſinit ſcire enunciabile pꝛopter mutationē in ſe ſed in connotato.

Diſtin. xlij. Dei potētia eſt oīpotētia

**Diſtin. xliij.** De potentia dei in cōparatione ad poſſibilia que poteſt.

Unc de oīpotētia dei agendū eſt. Supꝛa egit magiſter de ſcia diuina hic agit de potētia. Et q: potentiā tripl'r cōtingit cōſiderari. ſ. q̄ꝫtū ad q̄dditatē poſſibiliū. ⁊ q̄ꝫtū ad quātitatē. ⁊ q̄ꝫtū ad modu3 opandi. iō hec ps tres cōtinet ꝑtes. ſiue tres diſtinctiones. In pꝛia determinat mgr̄ de potētia in compatiōe ad poſſibilia q̄ pōt. In ſcđa determiat de potētia q̄ꝫtu3 ad quātitatē. oñdēs ei⁹ imēſitatē. infra diſt. xliij. Quidā tñ de ſuo ſenſu gloꝛiantes. In tertia determinat de ip̄a q̄ꝫtu3 ad modu3. infra. di. xliiij. Nunc illud reſtat diſcutiēdu3 vtru3 meli⁹ ⁊c.
¶ Pꝛia ps que cōtinet p̄ſentē diſtinctionē hab3 quattuoꝛ partes. In pꝛia magiſter oñdit ꝙ dei potētia eſt oīpotētia. q: ē reſpectu oīm poſſibiliu3 q̄ poſſibile eſt eē. In ſcđa remouet illa poſſibilia q̄ poſſe nō eſt potētie. ibi. S3 q̄riꝛ quō oīa poſſe dicaꝛ. In tertia ponit rōnes q̄ atteſtāꝛ diuine potētie. ibi. Hic ḡ diligenter cōſiderātib⁹ oīpotētia ei⁹ ⁊c. In quarta mgr̄ alias rōnes oīpotētie docet ad p̄dictas duas reducere. ibi. Ex q̄buſdā tñ autoꝛitatib⁹ tradiꝛ. iō ⁊c. Et ibi pꝛio ponit autoꝛitates deīde docet eas exponere. ⁊ h̄ ibi. S3 ad h̄ pōt dici ꝙ Aug. ⁊c.

Aug. a ¶ Oïa quidē pōt de⁹. ſꝫ
non facit niſi qḋ conuenit
veritati ei⁹ ⁊ iuſticie. Uide
tur h̄ verbū Augu. eſſe fal
ſum. q: in pš. dicit̄. Miſe-
ricordia dn̄i ſup oïa opera
eius. ergo magis deberet
dicere ꝙ non facit niſi qḋ
cōuenit miē. Et iterum q:
differentia eſt inter verita
tem ⁊ iuſticiā. Reſpon. di
cendum ꝙ iuſticia vno mo
do eſt idē qḋ exigentia me
ritoꝝ. ⁊ ſic diuidit̄ contra
miam. Alio mō dicit cōde
centiam bonitatis. ⁊ hoc
modo comprehendit miſe
ricordiam ⁊ iuſticiam pro
prie dictā. ⁊ ſic accipit Au
guſt. in predicto verbo ⁊ h̄
mo do differt a veritate ſꝫ
Rn̄, rationē dicendi. ꝗuis idē
ſit ſm̄ rem. Nam veritas
reſpicit vnamquamqꝫ rem
ſm̄ ſe. ſed iuſticia reſpicit
vnam rem cōparatā ad al
terā ſm̄ ꝙ per leges debi-
tas colligatur vna alteri.
2 b ¶ Potuit deus cuncta
facere ſimul. ſed ratio pro
hibuit. Uidetur male dice
re. quia poſſe prohiberi eſt
impotentie. ergo ſi diuina
potentia poteſt prohiberi
eſt impotens. Item illa ra
tio aut eſt quid creatū aut
De aliis obiicit̄. increatum. Si creatum er
go aliq̄d aliud a deo prohi
buit diuinam virtutem. er
go aliquid poteſt reſiſtere
deo. Si increatuꝫ. quomo
do poteſt prohibere cuꝫ ſit
omnino idē. Preterea hoc
non videtur prohibenduꝫ
quia. Eccl. xviij. dicitur.
Qui viuit ineternum crea
uit omnia ſimul. Reſpon.
Soluit Aug. dicendum ꝙ ratio hic vo-
catur voluntas rationalis
⁊ rationabilitas in volun-
tate. ⁊ iſta ꝗuis non dicat
aliquid aliud ꝗtum ad pn̄
cipale ſignificatum a diui
na eſſentia. cōnotat tamē
aliquid. ſcꝫ congruitatem
in volito. que quidem non
reperitur in eius oppoſito
Quod ptꝫ. ſi omnia ſimul
producta eſſent ꝗtum ad
eſſe ſingulare. nulla crea-
tura aliquid faceret. ⁊ nō
Aug. eſſet propter hoc curſus in
vniuerſo qui eſt. Uolūtas
ergo rationalis hoc exige
bat vt deus nō faceret om
nia ſimul ꝗuis poſſet. vn-
de prohibitio non accipit̄
hic pro repugnantia ſed ꝑ
Solutō artatione potentie ꝗtum
ad actum nō ꝗtum ad poſ
ſe. Et hec eſt determinatio
indifferentie ad hoc opus
non ad oppoſitum: ⁊ ſic pa

probat̄. ait eñ aug. i li. q̄ōnū
ave. ac no. legis. Oïa q̄dē pōt
de⁹. ſꝫ nō facit niſi qḋ ꝯuenit
veritati ei⁹ ⁊ iuſticie. Idē i eo
hdeꝫ. Potuit de⁹ cūcta facere
ſimul. ſed rō ꝓhibuit. i. volū-
tas. Rōnē nēpe ibi volūta-
tē dei appellauit. q: dei volū
tas rōnabilis eſt ⁊ equiſſima
fatēdū eſt ergo deū oïa poſſe
☞ Remouet a deo illa poſ
ſibilia q̄ poſſe nō ē potētie. b
¶ Sꝫ q̄rit̄ quō oïa poſſe di
cat̄ cū nos q̄dā poſſim⁹ q̄ ipe
nō pōt. Nō pōt ei ambulare
loq̄. ⁊ hmōi. q̄ a natura diui-
nitatis ſunt penit⁹ aliena. cū
hoꝝ inſtr̄a nullaten⁹ h̄re q̄at
incorpea ⁊ ſimplex ſb̄a. Qui
bus id rn̄dendum arbitror: ꝙ
hmōi actōes ambulatio. ſ. et
locutio ⁊ hmōi a dei potētia
aliene nō ſunt. ſꝫ ad ipam pti
nēt. Lꝫ eñ hmōi actiōes i ſe
de⁹ h̄re nō poſſit. nō ei p̄t am
bulare. vel loq̄ ⁊ hmōi. eas tñ
in creaturis p̄t opari. facit ei
vt homo ambulet ⁊ loquat̄ ⁊
hmōi. Nō g̊ p iſtas actiones
diuie. potētie detrahit̄ aliq̄d
q: ⁊ hoc pōt facere oïpotens
Sꝫ ſunt alia q̄dā q̄ de⁹ nulla
ten⁹ facere pōt vt pctā. Non
eñ pōt mētiri. nō pōt pecca-
re. ſed nō iō oïpotētie dei in
aliquo detrahit̄ vel derogat̄
ſi peccare nō poſſe d̄r. q: non
eſſet h̄ potētie. ſꝫ īfirmitatis
Si eñ h̄ poſſet. oïpotēs non
eſſet. Nō g̊ ipotētie ſꝫ poten
tie iputādū eſt ꝙ iſta nō pōt.
Un̄ Aug. i. xv. li. de tri. Ma
gna inq̄t dei potētia ē nō poſ
ſe mētiri. Sūt eñ q̄dā que in
aliis reb⁹ potētie deputanda
ſunt. i aliis xo minime. Et q̄
in aliis laudabilia ſunt. i aliis
vero reprehēſibilia ſunt. Nō
g̊ iō de⁹ min⁹ potēs ē q: pec-
care nō p̄t. cū oïpotēs nulla-
ten⁹ poſſit eſſe q̄ hoc poteſt.
Sūt etiā ⁊ alia q̄dā q̄ de⁹ nō
poteſt. vnde vr̄ non oïa poſſe
nō eñ pōt mori vel falli. Un̄
Aug. in lib. de ſimbolo. De⁹
oïpotēs nō pōt mori. nō pōt
falli. nō poteſt miſer fieri. nō
pōt vinci. hecvtiqꝫ ⁊ hmōi ab
ſit vt poſſit oïpotēs. Si eniꝫ
hmōi paſſionibus atqꝫ defe-
ctib⁹ ſubiici. poſſet oïpotēs

minime foret. ⁊ iō mōſtrat̄
oïpotēs. q: ei hec ꝓpinqua
ri non valent. poteſt tamen
hec in aliis operari.
☞ Ponit rōnes q̄ atte-
ſtantur diuine potētie q̄ ſm̄
duo conſiderantur. c
¶ Hic ergo diligenter ꝯſi
derātib⁹ oïpotētia eius ſm̄
duo apparet. ſcꝫ ꝙ oïa facit
q̄ vult. ⁊ nihil oïno patit̄ ſꝫ
vtrūqꝫ deus oïpotēs veriſ-
ſime p̄dicatur. q: nec aliq̄d
eſt qḋ ei ad patiendū corru
ptionē īferre valeat. nec ali
q̄d ad faciendū impedimen
tum afferre. Manifeſtū eſt
itaqꝫ deum oïno nihil poſſe
pati. ⁊ oïa facere poſſe. pre-
ter ea ſola q̄bus eius digni
tas lederet̄. eiuſqꝫ excellen
tie derogaret̄. in quo tñ nō
eſt min⁹ oïpotens. Hoc eñ
poſſe nō eſſet poſſe ſed non
poſſe. Nemo ergo deū im-
potenteꝫ in aliquo dicere p̄
ſumat. qui oïa poteſt q̄ poſ-
ſe potētie eſt. ⁊ inde vero di
citur omnipotens.
☞ Alias rationes oïpo
tentie autoritate aug. ⁊ cri-
ſo. docet ad p̄dictas duas
reducens d
¶ Ex quibuſdā tñ autori-
tatibus tradit̄ ideo vere di
ci omnipotēs. q: quicquid
vult pōt. Unde aug. in enchi. Nō ob aliud veraciter Aug.
vocatur oṗs. niſi qm̄ q̄cq̄d vult pōt nec voluntate cu
iuſpiā creature voluntatis oïpotentis impedit̄ effe-
ctus. Itē in li. de ſpū ⁊ lr̄a. Non pōt deus facere iniu
ſta. quia ipſe eſt ſumma iuſticia ⁊ bonitas. Omnipo
tēs vero eſt. nō ꝙ poſſit oïa facere. ſed q: pōt efficere
q̄cq̄d vult. ita vt nihil valeat ei⁹ volūtati reſiſtere q̄n
cōpleat̄. aut aliquo mō ipedire eādē. Ioh. cry. in ome Joh. Cry.
lia quadā de expoſitiōe ſymboli ait. Oṗs dicit̄ de⁹
q: poſſe illius nō pōt inuenire nō poſſe dicēte ꝓphe
ta. Oïa quecunqꝫ voluit fecit. Ipſe eſt ergo. oṗs vt
totū qḋ vult poſſit. Unde apl's. Eius inquit volūta
ti quis reſiſtit. His autoritatib⁹ vr̄ oñdi ꝙ de⁹ ex eo
tñ dicatur oṗs ꝙ oïa pōt que vult. non q: oïa poſſit.
☞ Determinatio premiſſarū autoritatum. e
¶ Sꝫ ad h̄ pōt dici ꝙ aug.
vbi dicit oïpotens non di-
cit̄ ꝙ oïa poſſit ⁊c. tā ample
⁊ gnāliter accepit oïa vt ēt
mala includeret. q̄ de⁹ nō p̄t
nec vult. Nō ergo negauit
eum poſſe oïa que conuenit
ei poſſe. Silr̄ eñ dicit. Nō
ob aliud veraciter d̄r oïpo-
tens niſi qm̄ q̄cq̄d vult pōt.

tent obiecta. Nam eccleſia
ſticus intelligit ꝗtum ad
ptes principales. ſiue prio
res. ſed Aug. loquitur ꝗtū
ad indiuidua.
c ¶ Deus oïpotens nō po-
teſt mori ⁊c. Queritur de
differētia horumquattuor
que remouet Augu. a deo.
ſcꝫ mori. falli. miſeruꝫ eſſe
⁊ mentiri. Reſpon. dōm ꝙ
iſta dicunt defectus ipſi⁹
hoïs ſiue anime in corpore
Quadruplex autem eſt ac
tus ⁊ quadruplex poten-
tia. Pria eſt viuificatiua. ⁊
huius actus eſt viuere ⁊ cō
tra hunc eſt defect⁹ mori.
Secūda eſt cognitiua. cu-
ius actus eſt noſſe. ⁊ cōtra
hunc eſt falli. Tertia eſt af
fectiua. ⁊ huius act⁹ eſt vel
le ſiue amare ⁊ delectari. ⁊
contra hunc eſt miſerū eſſe
Quarta eſt opatiua. ⁊ hu-
ius actus eſt agere. ⁊ ꝯtra
hunc eſt vinci ⁊ ſuperari.
Et nota ꝙ ex his que dicū
tur. q̄ttuor genera actuum
remouentur a deo. ſcilicet
corporales ſiue inſtrumen
tales. vt currere. Act⁹ cul-
pabiles. vt peccare mentī-
ri. Actus paſſiui. vt vinci ⁊
ſuperari. Actus defectiui.
vt mori ⁊ falli. quia habēt
potentiaꝫ coniunctā. defe
ctui. Et ide elicit magiſter
perfectam rationem potē-
tie que poteſt omnia face
re. ⁊ nihil pati.

d ¶ Tam ample ⁊ genera
liter accepit omnia vt etiā
mala includeret. Uidetur
falſuꝫ dicere. quia aut ma
luꝫ includitur ratione ſub
ſtrati. aut ratione deffor-
mitatis. Non ratione ſub-
ſtrati includitur. quia ac-
tio mala ratione actionis
ſubſtrati eſt a diuina potē
tia.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

tia. Nō ratione deformitatis. qꝛ cum illa ſit ſimpliciter nō ens nō videtur poſſe includi. Rñ. dicēduꝫ. ꝙ malum accipiť rōne deformitatis. ⁊ qñ oīa diſtribuit ibi ꝓ poſſibilib⁹. ⁊ poſſibile pōt accipi gñaliter tā a potētia actiua ꝙ defectiua. ⁊ ſic accipiť ample ⁊ cōprehēdit malū. ⁊ ſic itelligit Augu. Alio mō vt poſſibile dicať a potētia q̄ ſm rē ⁊ modū eſt potētia. ⁊ tūc ꝓprie accipitur. ⁊ tunc nō continetur ibi maluꝫ. ⁊ ſic accipitur in cōi vſu cuꝫ dicimus deum oīpotenteꝫ ⁊ ſic ptꝫ ꝙ q̄uis non contineatur ſub ente. nō eſt ſimile de potentia.

5 e ¶ Homo aūt vel angel⁹ gratuitā hꝫ potentiaꝫ qua potens eſt. Videť male dicere. qꝛ gñatio ē act⁹ naturalis cū q̇s generet. ſimilē in natura. ergo eſt potētia naturalis. ſed nō dei. quia deus non naturaliter producit hoiem. ergo eſt hoīs ergo homo hꝫ potentiā naturalē. Rñ. dicendū ꝙ naturale dꝛ dupl̕r. Uno modo dꝛ naturale qđ habeť a natura ⁊ ſm conſonantiaꝫ nature. ⁊ ſic creature multe habent potentias naturales. Alio modo diciť naturalis potentia que ineſt alicui per propriam naturam ita ꝙ non per aliā nec dantē nec conſeruanteꝫ. ⁊ hoc modo ſola virtus diuina eſt naturalis. oīs auteꝫ alia a deo ē liberaliter data. ⁊ liberaliter conſeruať ⁊ adiuuatur vt agat ⁊ ideo gratuita.

6 f ¶ Vere ac proprie trinitas deus oīpotēs dicitur. Videť nō verum dicere: qꝛ nō dicitur ꝓprie oīſciens: ergo nec omnipotēs Iteꝫ Matth. vlt. Data eſt mihi oīs ptās in celo ⁊ in terra. Et de aliis vr̕. quia Marci ix. Si potes credere. oīa poſſibilia ſunt credēti. Rñ. dicendū ꝙ oīpotentia eſt ſolius dei proprie. qꝛ dicit potētiam infinitā. que in nulla pōt eſſe creatura. nec in xp̄o nec in alio ſm humanam naturā. Et hoc melius patebit alibi. Unde ſi dicať de xp̄o oīpotentia. hoc intelligitur ſm ydyomatum cōicationem. Si autem dicatur de credentibus. diſtributio eſt accomoda ſolū de miraculis. ⁊ ſic patet illud.

Ad intelligētiam hui⁹ diſtinctiōis quattuor q̄runť. Primo vtrū deus poſſit aliq̇d aliud a ſe. Scđo dato ꝙ poſſit. q̄ritur vtrū poſſit ineſſe qđ alij agenti eſt poſſibile. Tertio vtrū diuia potētia ſe extēdat ad oē illud ꝙ alij agēti eſt ipoſſibile. Quarto vtrū poſſibile dicatur aliq̇d ſimpliciter ſm cauſas ſupiores. ſiue potentiam diuinā. vel ſm inferiores. vel ſm potētiam creatam.

A **Queſtio. j.** Qđ aūt nō poſſit de⁹ aliud a ſe oñdiť ſic. Oīs potētia q̄ agit in aliud a ſb̄a in qua eſt vel cuius eſt. egrediť ab illa ſb̄a. potētia eñ nō operať. niſi vbi eſt. Si ergo diuina ſb̄a operať ꝑ ſuā potētiā i aliq̇d aliud a ſe potētia eius incipit eſſe vel fieri in alio. ergo egrediť a ſb̄a ſed oīs potētia q̄ egreditur a ſubſtātia elongať a ſubſtantia. ⁊ oīs potētia diſtans a ſubſtātia repugnat ſimplicitati. cū ergo hoc ſit impoſſibile in deo. videť ꝙ deus nō agat in aliud a ſe. ¶ Item oīs potentia cuius opus eſt in aliud habet dependentiam ab illo. Probatio, opus eñ qđ tranſit in materiam ſubiectam aliquo modo pendet ex illa: ſꝫ potentia pendet ex eodē ex quo pendet actus. quia perficitur per actum: ergo ſi potētia diuina eſt in aliud. habet dependentiam.

¶ Item omnis potentia que eſt in aliquid quod nō ſemꝑ eſt coiunctuꝫ ſuo actui habet indigentiam. non eñ ē ꝑfecta niſi quando agit. ⁊ non agit. niſi cum obiectū eſt preſens ergo quando non eſt ſemꝑ preſens eſt incōpleta. hoc autem repugnat potentie diuine. ergo ⁊c.

¶ Item in deo idē eſt poſſe ⁊ eſſe. ſꝫ deus nō ē aliud a ſe. ergo non pōt in aliud a ſe. Si tu dicas ꝙ potentia connotat: ſed non eſſentia. Cōtra deus poteſt aliquid facere quod nec eſt, nec fuit. nec erit. ergo nihil cōnotat. Si tu dicas ꝙ connotat quod eſt in potētia. ſed potentia dei nō eſt aliud ꝙ deus ⁊ quod eſt in deo. ergo ⁊ nihil aliud connotat. Sed contra. bonuꝫ eſt diffuſiuum ſui ſed diffuſio ſm ꝙ hmōi eſt in aliud ergo bonum ſm ꝙ bonum poteſt in aliud. aut ergo hꝫ potentiam ſuam. aut alienam. Si ſm alienam ergo non eſt perfecte bonum cū non habet actum bonum per ſe. Si propter potētiā ſuam. ergo bonum ſm ꝙ bonū. pōt in aliud. ſꝫ deus eſt ſumme bonus. ergo ⁊c. ¶ Item perfectio creature eſt in hoc ꝙ poſſit aliud a ſe producere. ſi ergo omne qđ perfectionis eſt deo eſt attribuendum. potētia producēdi aliud deo eſt attribuenda.

¶ Item ſi nihil aliud a ſe poteſt. ergo nulli alij a ſe p̄eſt. ergo nec aliq̇d deo ſubeſt. ergo a nullo eſt colēd⁹ a nullo eſt adorādus. ⁊ nihil ab ip̄o omnino eſt querendum. qđ eſt ſummū incōueniēs ſm oēs. ¶ Item ſi nihil pōt in aliud a ſe. ergo nihil ē ad ip̄m neq̄ꝫ propter ipſuꝫ. ſed bonitas eſt in reb⁹ ⁊ ordo per relationem ipſorum ad ſummū bonum a quo eſt omne bonum. ergo ſm hoc nulla res eſt bona nec ordinata in vniuerſo. h̕ autem eſt ſummū incōueniens. g̃ neceſſe eſt ponere ꝙ poſſit in aliud a ſe. Prīa conſequentia eſt manifeſta. Ad illud eñ ſoluꝫ ſtat vltima reſolutio in redeundo. in quo eſt prīa origo in exeundo. vt manifeſtum eſt. ¶ Rñſio. ad h̕ intelligendū notandū 7 eſt ꝙ poſſe aliud ſiue in aliud a ſe. h̕ eſt dupl̕r. Aut i aliud ſicut in diſtinctum ſm eſſentiā ⁊ remotū ſm diſtantiā. qꝛ impoſſibile eſt duo ꝯtraria eſſe in eodē ſubiecto. ⁊ hoc modo poſſe in aliud eſt ꝑ egreſſum potentie a ſubſtātia. ⁊ ideo eſt ibi elōgatio ⁊ diſtantia. Et qꝛ elongatur a ſua ſubſtātia. ideo pēdet a ſubſtantia in quā agit. ⁊ ideo eſt ibi dependētia. ⁊ qꝛ diſtātia ⁊ dependentia. ideo imperfectio ⁊ indigentia. h̕ mō poſſe in aliud deo non competit propter tres conditiones ꝓdictas ſicut oſtenſum eſt. qꝛ repugnat diuie potētie. ſicut diſtātia dependentia ⁊ indigētia. Alio modo poſſe in aliud diciť ſicut indiuiſum ſm formam ⁊ eſſentiam. nō tamen in remotuꝫ ſm aliquam diſtātiam. quia diuina eſſentia dum operať intime eſt i illo. ⁊ hoc modo nec ponit diſtātiaꝫ nec dependentiā nec indigentiam. Cum eñ diuina eſſentia ſit omni ꝑfectiōe ꝑfecta. ⁊ potentia eius ſit oīmoda idiuiſiōe indiuiſa. a nullo

Rñ.

Hyla.

Hic plene oñdi tur q̄re deus oīpotens dicatur

nō negat eum poſſe etiā ea q̄ nō vult. ſꝫ aduerſus illos q̇ dicebāt deū mlťa velle q̄ nō poterat. affirmat eū poſſe q̇cq̇d vult. Et ex eo vere dici oīpotētē nō ob aliud. qꝛ pōt q̇cq̇d vult. Sed caue quō itelligas pōt q̇cq̇d vult. an q̇cq̇d vult ſe poſſe. an q̇cq̇d vult facē. an q̇cq̇d vult fieri. Si eñ dicas iō oīpotenteꝫ vocari. qꝛ pōt quicq̇d vult ſe poſſe ergo ⁊ petrus fil̕r ops dici poteſt. vl̕ quilibet ſanctorū. vel beatorum qꝛ poteſt quicq̇d vult ſe poſſe. ⁊ pōt facere q̇cq̇d vult facere. Non enim vult facere niſi quod facit nec poſſe niſi quod poteſt. ſed non poteſt facere q̇cq̇d vult fieri. vult eī ſaluos fieri qui ſaluādi ſunt. verūtñ eos ſaluare nō valet. Deus autem quicquid vult fieri poteſt facere. Si enim vult aliq̇d fieri ꝑ ſe. pōt illud facere per ſe. ⁊ ꝑ ſe facit ſicut celum ⁊ terraꝫ per ſe fecit. qꝛ voluit. Si autem vult fieri ꝑ creaturam ⁊ per eam operať ſicut per hoīes facit domos ⁊ hmōi artificialia. ⁊ de⁹ quidem ex ſe ⁊ per ſe pōt. hō aūt vel angelus q̄tumcunq̄ꝫ beatus eſt nō eſt potens ex ſe vel ꝑ ſe. Sꝫ forte dices nec dei filius pōt a ſe. nec. ſſ. ſꝫ ſolus pr̄. Ille eñ pōt a ſe. q̇ eſt a ſe fili⁹ auteꝫ qꝛ non eſt a ſe ſed a prē. nō pōt a ſe ſꝫ a prē ⁊ ſpūſſctūs ab vtroq̄ꝫ. ¶ Ad qđ dicimus. qꝛ lꝫ filius nō poſſit a ſe. nec opeť a ſe pōt tñ ⁊ operať per ſe. ſic ⁊ ſpūſ ſctūs. Unde hyla. in li. ix. đ trini. Nature inq̇t cui contradicis heretice h̕ vnitas eſt. vt ita ꝑ ſe agat filius. ne a ſe agat. ⁊ ita non a ſe agat vt ꝑ ſe agat. ꝑ ſe autē dꝛ agere ⁊ potens eſſe. qꝛ naturalem hꝫ potentiā eandē quā ⁊ pater qua potēs eſt ⁊ operatur. ſed qꝛ illaꝫ habet a prē. nō a ſe. ideo a patre nō a ſe

e dicitur poſſe ⁊ agere. Hō aūt vel angelus gratuitam hꝫ potentiā qua potens eſt

f ideoq̄ꝫ ergo vere ac ꝓprie trinitas de⁹ ops diciť. qꝛ ꝑ ſe. i. naturali potētia pōt q̇cquid vult fieri. ⁊ q̇cq̇d vult ſe poſſe. Nihil eñ vult fieri qđ non poſſit facere ꝑ ſe vl̕ per creaturā. ⁊ nihil vult ſe poſſe quod non poſſit ⁊ oē quod vult fieri vult ſe poſſe ſed nō omne qđ vult ſe poſſe vult fieri. Si enim vellet fieri fieret. qꝛ voluntati ei⁹ nihil reſiſtere poteſt.

alio depēdet. nullo alio indiget. hoc ergo modo ponendum ꝙ
deus poteſt in aliud a ſe. ſiue aliud a ſe. Ex his pꝫ primo obie
8 ctum. ¶ Quod enim obijcit potentia que eſt in aliud egredit
ab agente in paſſum. dōm ꝙ hoc verum eſt vbi agens in aliud
non eſt in illo ſm veritatē. vbi aūt eſt oīno nulla neceſſitas eſt
9 cgrediendi. ¶ Ad illud qđ obijcitur. ꝙ potentia q̄ eſt in aliud
pendet ex illo. dicendum ꝙ hoc verū de illo cuius actio eſt in
aliud tanq̄ in ſuſtentans. diuina autem potentia non indiget
alio ſuſtentante. qđ patet. q: non indiget materia ſubiecta. ſed
facit ex nihilo. Et ratio huius eſt. q: cum potentia eſt oīno in-
differens. ⁊ ab eſſentia ⁊ actu. ſicut eſſentia non indiget ſuſten
10 tante. ſic nec potentia. ¶ Ad illud qđ obijcitur ꝙ potētia que
eſt in aliud habet pfectiōis indigētiam. dicēdum ꝙ potentia
agēs in aliud eſt duplex. Quedā q̄ eſt ſuus actus. ⁊ talis nihil
plus habet qn̄ agit in aliud q̄ qn̄ nō agit. ⁊ hec nullo mō indi
get. ⁊ talis eſt potētia diuina propter ſummam ſimplicitatem.
Alia eſt potētia agens in aliud p actum a ſe differentē. talis
plus habet qn̄ agit q̄ quādo non agit. ⁊ talis eſt q̄ habet indi-
gentiam aliquo modo. vt in potētia creata. non ſic eſt de potē-
tia diuina. ⁊ ideo q̄uis ſit in aliud qđ non ſemp eſt preſens. p-
11 pter hoc tn̄ nec idigēs eſt nec icōpleta. ¶ Ad vltimū dicēdū
ꝙ potētia ↄnotat poſſibile ⁊ poſſibile ampliat ad ens ⁊ ad nō
ens. ⁊ ſicut poſſibile ampliat ita ⁊ diuerſitas connotati. ⁊ ideo
non tantum dicitur poſſe in aliud. quia poteſt in aliud qđ eſt.
ſed quia poteſt in aliud qđ poteſt eſſe. deus autem a ſe non po
teſt eſſe aliud. ideo patet illud.

## Queſtio .ij.

Utrū deus poſſit in omne aliud in qđ poteſt omne agēs creatum. Et ꝙ ſic vi
B detur. Qui enim omne dicit nihil excipit: ſꝫ non tm̄ dicimus ⁊
credimus deum potentem. ſꝫ deum omnipotentem. ergo ⁊c.
¶ Item q: deus eſt omniſciens. ideo ſcit omnia quecunq̄ ſcit
alius ſciens. Si enim aliq̄s ſciret aliq̄d qđ nō ſciret de⁹. deus
nō diceret omniſciēs. ergo pari rōne nō diceretur omnipotēs
niſi poſſet omne qđ pot omnis alius. ¶ Itē deus non dicitur
omniuolens. quia non vult omnia que alij volunt. ergo pari rō
ne ſi nō poſſet omnia que alij poſſunt non eſſet omnipotens.
¶ Item omne eſſe eſt a primo eſſe. ergo omne poſſe eſt a primo
poſſe ergo omnis potentia poteſt quicquid pōt ppter diuinā
potentiā. ſed propter qđ vnumquodq̄ ⁊ illud magis. ergo ⁊c.
¶ Sed contra. aliqua creatura pōt omnia recipere corporali-
ter vt materia. aliqua potētia pōt omnia recipere ſpiritualiter
vt ſpūs rōnalis creatus. ſꝫ deus nihil pōt recipe. ergo nō pōt
oē qđ pōt aliud a ſe. Si dicas ꝙ nō eſt potētie. ſꝫ ipotētie. Cō
tra nulla impotētia eſt a deo ſiue a potētia diuina. ergo ſm h̄
potētia materie ſiue aīe nō eſſet a deo. ¶ Itē hō pōt pati miſe-
riaꝫ ſiue ſuſtinere penā. deus nō pōt pati. ergo ⁊c. Si dicas ꝙ
illud eſt impoſſibile. Cōtra. nullum opus virtutis eſt impoſſi
bile. ſꝫ ſuſtinere eſt opus fortitudinis q̄ ppriiſſime eſt virt⁹. er-
go ⁊c. ¶ Item homo pōt peccare deus autem nō pōt. ergo ⁊c.
ꝙ ſi pōt peccare. pōt eſſe malus. qđ eſt incōueniens. Si dicas
ꝙ hoc poſſe nō eſt poſſibile. Cōtra. Augu. de ciui. dei. Melior
eſt natura que pōt peccare q̄ que non pōt peccare. ergo poſſe
peccare ſpectat ad bonitatem ⁊ perfectionem nature. ergo nō
dicit impotentiam. ¶ Item hō pōt currere ⁊ comedere. deus
hoc nō poteſt. ergo ⁊c. Si dicas ꝙ hoc eſt impoſſibile. Cōtra.
omne illud qđ dicit poſitionē eſt a potētia q̄ vere eſt potētia. ſꝫ
currere ⁊ comedere nō dicunt actus priuatiōis. ſꝫ poſitiōis er
go ſunt a potētia inq̄tum potēs eſt. nō inq̄tum impotēs ergo
12 manifeſtum ⁊c. ¶ Rn̄. ꝙ ſicut dicit phs in phia. j. Quedā ſunt
que dicunt potentiam q̄tum ad modum dicendi. dicunt tamē
13 impotētiam a parte rei. vt poſſe mori. poſſe corrumpi. Propter
hoc intelligendum. ꝙ quedam ſunt que poſſe eſt potentie ſim-
plr̄ ⁊ perfecte. vt poſſe intelligere. diligere ⁊ operari. Quedaꝫ
ſunt que poſſe eſt potētie tn̄ imperfecte. vt currere ⁊ ambulare
iſti em̄ actus dicūt ſimul actionē ⁊ paſſionē ſiue defectū i agē-
te. Quedā que poſſe ſimplr̄ eſt impotētie. vt priuatiōes. vt poſ
ſe peccare. deficere. Loquēdo de his rōne priuatiōis. ſm h̄ in
telligēdū ꝙ cū potētia dei eſt perfectiſſima. illa pōt deus p ſe
⁊ in ſe. q̄ ſunt potētie ſimplr̄. vt intelligere ⁊ opari. illa vero q̄
ſunt imperfecte potētie. pōt q̄ dē non in ſe ſꝫ p ſe. Per ſe poteſt
ex hoc qđ eſt ibi perfectionis ⁊ potentie. In ſe non poteſt pro-
pter illud qđ eſt ibi impotētie ⁊ imperfectionis que in eo non
cadunt. illa autem q̄ ſunt ſimpliciter impotentie. nec poteſt in
ſe. nec pōt per ſe. Per ſe non poteſt. q: nihil eſt a deo qđ nō ſit
a deo p ſe ⁊ immediate. hoc aūt qđ eſt defectus nō poteſt eſſe i
deo nec a deo: q: deus nō deficit in eſſendo nec i agēdo. Si er
14 go queraẗ vtrū deus poſſit oē qđ pōt aliud agens. Rn̄dendū
eſt nō ſimpliciter ſed cū determinatione. ſ. ꝙ pōt omne qđ eſt
potētie. ⁊ in ſe pōt omne qđ eſt potentie ſimpliciter ⁊ pfecte in
alio pōt qđ eſt potētie imperfecte. nec in ſe nec in alio qđ eſt oī
mode impotētie. ⁊ hoc ipſo dr̄ oīps. q: potentia eius ad oīa ſuf-
15 ficit ⁊ in nullo deficit. ¶ Ad illud ergo qđ obijcitur. ꝙ nō pōt
recipere res. nec rerum ſimilitudines. dicendum ad hoc ⁊ ad
omnia de quibus obijcit ꝙ illa poſſe nō eſt potētie pfecte. Se
cundū hoc intelligendū ꝙ eſt potētia oīno ſufficiens ⁊ actiua
vt potentia pducendi res. Et eſt potētia pure paſſiua. vt potē
tia ſuſcipiēdi. Et eſt potētia defectiua. vt potētia peccādi. Et
eſt potētia partim actiua partim paſſiua. vt potētia ambulādi
Et eſt potētia partim actiua ⁊ partim defectiua vt potētia ſu-
ſcipiēdi penā. Et potētia partim paſſiua ⁊ ptim defectiua. vt
potētia moriēdi. Dicendū ergo ꝙ nihil horū in ſe pōt deus q̄-
uis em̄ ſint potētie alicuius. derogāt tn̄ pfectioni potētie. Nec
eſt ſimile de ſcia. q: ſcitū nō diminuit de rōne ſciētie. ſicut poſ-
ſibile de rōne potētie. q: ſcitū non cauſaẗ a ſciētia. ſicut poſſi-
bile a potētia. ¶ Ad illud tn̄ qđ dicitur de potētia peccādi. in
16 telligendū ꝙ ſi peccare dicat effectū cū deformitate ſiue actuꝫ
ſic non tn̄ dicit potētiā defectiuam. ſed actiuaꝫ ratione actus
ſubſtrati. ⁊ ſic dicit nobilitatē. Si ratione deformitatis. ſic di
cit ſimpliciter defectū. Quocūq̄ tamen modo dicatur. q: ſem
per concernit defectum. nullo modo conuenit deo.

## Queſtio .iij.

C
17 Utrū diuina potentia ſe extendat ad omne illud qđ alij agenti eſt impoſſi
bile. Et ꝙ ſic videtur. Dicitur em̄ aliq̄d impoſſibile propter na
ture ordinationē. vt de ceco fieri videntē. Aliquid ppter prete
ritionem. vt te nō fuiſſe ex quo fuiſti. Tertio ppter oppoſitio-
nem. vt idem eſſe nigrū ⁊ album. Primū eſt impoſſibile ſm na
turam. ſecundū ſm tps ſiue per accidens. tertiū poteſt dici im
poſſibile ſm diſciplinā. q: omnis ſciētia ſupponit illud princi-
pium ꝙ oppoſita non ſunt ſimul vera de eodē. oſtenditur ergo
ꝙ deus poſſit omne tale impoſſibile. Luce. j. Nō erit impoſſi-
bile apud deū omne verbū. ſed oīa contingit verbo dicere. er-
go nullū tale eſt impoſſibile apud deum. ¶ Item Ephe. iij. Ei
aūt qui pōt facere ſupra quā poſſumus intelligere. ergo poteſt
deus plura facere q̄ poſſit intellectus fingere. ſed pōt fingere
omne impoſſibile quod pōt enunciare. ergo ⁊ deus pōt illud
facere. ¶ Itē Hyla. perfecte poteſtatis eſt id naturā poſſe fa-
cientis. qđ poteſt ſignificare ſermo dicentis. ¶ Itē Baſilius
Plus poteſt deus facere q̄ tu potes intelligere. ergo p autori
tates canonis ⁊ ſanctorū videtur ꝙ deus poſſit omne ipoſſibi
le. ¶ Itē rōne videtur. q: illud eſt potētius cui nihil oīno eſt
impoſſibile. q̄ cui aliq̄d eſt ipoſſibile. ſꝫ deus eſt potētiſſim⁹ in
ſummo. ergo nihil oīno eſt ei ipoſſibile. ¶ Itē ſi aliq̄d ipoſſibi
le nō eſt deo poſſibile. aut hoc eſt ppter priuationē. aut ppter
poſitionē. Si ppter priuationē. Cōtra nulla maior priuatio q̄
oīno non entis. ſed deus de nihilo facit aliq̄d. non ergo ppter
priuationem. Si propter poſitionem. ergo videtur ꝙ aliq̄d ſit
qđ nō ſubiaceat diuine potentie. qđ ⁊ ei non obediat. ergo po
tentia dei habet reſiſtens. ¶ Itē oſtenditur ſpāliter ꝙ poſſit i
poſſibile ſm naturā. vt de trunco facere vitulū. q: plus diſtat
non ens ab ente. q̄ vnum ens ab alio. ſed deus de non ente fa
cit ens. ergo de vno ente pōt facere aliud. ¶ Item ꝙ poſſit im
poſſibile ſm tps videẗ. q: illud eſt impoſſibile p accidens. qđ
nullā ponit reſiſtentiam. q: nō eſt. ergo ſi deus pōt ipoſſibile p
ſe ⁊ qđ habet reſiſtentiā. cum illud ſit magis impoſſibile. ergo
pōt impoſſibile per accidens. ¶ Item ꝙ poſſit impoſſibile ſm
diſciplinam videtur. q: plus diſtat creator a creatura q̄ vnuꝫ
